

IOANNIS FRIDERICI IVGLERI

MAGNAE BRITANN. REGI A CONSILIIS ET ACADEMIAE EQVESTRIS QVAE LVNEBVRGI FLORET INSPECTORIS

SVPPLEMENTA

ET

EMENDATIONES

AD

BIBLIOTHECAM LITTERARIAM

STRVVIO--IVGLERIANAM

TRIBVS OLIM VOLVMINIBVS EXCVSAM

PERTINENTES

EX AVCTORIS SCHEDIS MANV SCRIPTIS EDIDIT

ET NONNVLLA ADIECIT

HERMANN. FRIDER. KOECHER

PHILOSOPH. MAGISTER IN ACADEMIA IENENSI

ET REV. MINIST. VINARIENS.

CANDIDATVS




Fasciculus I.

IENAE

SVMPTIBVS HEREDVM C. H. CVNONIS

M. D. CC. LXXXV.



PRAEFATIO AVCTORIS.

Ex quo tempore quod annos certe quadraginta excedit, otium meum scriptione consumsi, nullus vnquam labor litterarius tam insuavis imo molestus mihi fuit, quam hic ipse, quem Tuis nunc *Lector Benevole* oculis subiicio. Quum Anno huius saeculi tertio et quinquagesimo Tomum primum Bibliothecae meae litterariae produxissem, tot nova innotuere subsidia, ut post messem largissimum instituere spicilegium liceret. Varia igitur occasione, exemplari meo charta pura adaucto, passim inservi, quae notabilia mihi videbantur Nec deerant lectione quotidiana occupato, res, ni plane fallor, memoratu dignae. Hac ratione, triginta praeterlapsi sunt anni, qui haud exiguam accessionum farraginem suppeditarunt. Itaque ante quinquennium circiter *Christianum Henricum Cunonem* nunc inter coelites receptum, cuius olim

ſumtibus Bibliotheca litteraria excuſa fuerat, certiorem feci, promtum me, paratumque fore, ad edenda Analecta, ſi hoc quidem conſilium rationibus ſuis conveniens exiſtimaſſet. Sed nihil reſponſi accipiens, forte ob mortem eius, brevi ſpatio interiecto auditam, nolui, aliis implicitus negotiis operam inanem ſuſcipere, eaque de cauſa aliquamdiu deſtinata neglexi. Tum vero heredes patris honeſtiſſimi, et in continuanda mercatura libraria ſucceſſores, a me identidem poſtularunt, ut exhiberem obſervationum mearum ſyllogen. Deſcendi facile in conditiones, ſerioque de adornandis compluribus ſupplementis cogitavi. — His tamen intentum graviſſimus prohdolor! oculorum morbus oppreſſit, qui utiliſſimis Medicorum remediis ad hunc usque diem obſtitit, quid? quod magis magisque ingraveſcens, omnem fere legendi, ſcribendive facultatem denegat. — Interim feci quod poteram, et, ut ſtarem promiſſis, omnem lapidem movi. Conquiſivi non ſchedulas tantum, plerumque diſperſas, quibus ſubinde litterarias inſcripſeram obſervationes; ſed ipſis etiam Voluminibus editis, adiuncta quodammodo relegi. Quorum nonnulla ſi Tibi uſum adferant, ego quidem gaudebo vehementerque laetabor, me in campo tam late patenti curſum confeciſſe, iam pridem tentatum. Id ſaltim doleo, in Capite de Diariis litterariis non omnia ad hoc uſque tempus ſatis adcurate expoſita fuiſſe. Rationes meae non permiſerunt, ut in tanta ſcriptorum eiusmodi multitudine copioſius pluraque recenſerem, cum pri-

mis

mis exterorum, quorum notitia rarius, vel difficulter minirum pervenire ad Germanos solet. In ordinando ac describendo, quae olim obvenerant, non parum me adiuvit *Aug Ludov. Mirouius*, Parentis reverendi, mihique amicissimi, filius. Is hic loci Praeceptorum fidelissimorum disciplina fruitur, egregiam de semet spem excitans, quam ne fallat in posterum, nec a via virtutis ad praemia ducente, unquam digrediatur, Deum ego immortalem precor. Nihilo tamen minus lente processit studium, impedimento haud uno cohibitum; qua ego re motus, heredibus *Cunonianis*, qui moram longiorem aegre ferebant, transmisi haud ita pridem totum adparatum, et auctor iisdem suasorque fui, ut viro cuidam in Academia Ienensi erudito, harumque litterarum perito, curam editionis delegarent. Non displicuit consilium statimque invenerunt Virum Clarissimum *Herm. Frid. Koecherum*, Philosophiae Magistrum, doctrinaeque copia conspicuum. Is quidem, uti certissime confido, pro dexteritate sua, mihi saepius laudata, nihil praetermittet eorum quae pertinent ad spartam ornandam eoque magis confido, quo laetiori mente huius operae socius esse noluit, quam pater eius olim, vir de re sacra et litteraria optime in editione libri Struviani, anno 1720. repetiti posuerat.

Tu, *Lector Humanissime* aequo excipias animo, conatus nostros, quos, si exspectationi Tuae minus respondere cognoveris, vel recordare quaeso, *Columellae*:

Is,

Is, *boni*, ait *venatoris eſt in magna ſylva indagantem feras quam plurimas capere, nec cuiquam culpae fuit non omnes cepiſſe*; vel opellam hanc in numero *Poſtumorum* colloca, ac ſeni aliquid indulge, primo ac ſeptuageſimo aetatis anno, per varios caſus, per tot rerum diſcrimina, ad portum tendenti. Qui, dum benevolentiae Tuae nomen ſuum obſervanter commendat, ultimum quoque Vale Tibi dicit. Vix enim futurum eſt, ut poſthac chorum ſcribentium repetat, altero iam pede cymbae Charontis impoſito. Id unicum memorari adhuc debet, quod ſub anni huius initium nondum innotuerat, Muſas Büzovienſes mox priſtinum domicilium Roſtochii eſſe recepturas. Caeterum id, quod pace Tua fiat brevem Elegiam adiicio, quam ante biennii fere ſpatium viſus recuperandi cauſa, Altonaviae haerens, conteĉtis oculis pugillaribus illeveram. Partem eius plurimam, exinde deicripſit filius unicus, itineris tunc comes, cui artem hodie medicam in terris Meckelnburgicis exercenti, Deus faveat! Nullius momenti labor eſt poematis, nunquam enim, quod lubens fateor, Apollinem habui propitium; nec Tibi tamen, vel ad ſervandam fati mei triſtioris memoriam, plane ſpernendus videbitur. En! ipſam igitur querelam

Qui triſtes elegos olim, *Richtere*, *) canebas
Gallo Gottingam percruciante tuam,

*) Notae ſunt *G. G. Richteri* Elegiae ſex quas *Querelas de tempore* in ſcripſit olimque *in folio* edidit. Eas illuſtris *Baldingerus* Goettingae a. 1782. in 4. recudendas curavit.

Huc veniss, ſi fata ſinant, Muſamue remittas,
Auſpiciis cuius iuſta querela fluat.
Perpeſſo toties ophthalmica damna, rogatam
Vrbs clara, Hamburgo proxima, ſpondet opem.
Trans Albim via fert, Paradiſi nomine digna,
Dives ubi, Cereris munere, ridet ager.
Hinc propero, fretusque Dei bonitate, ſalutis
Praeſtolor optari quicquid ab arte poteſt.
Intranti hoſpitium *Winklerus*, luſtra per octo
Haud viſus, priſcam dat recipitque fidem.
Mox remouet dextro quodcunque nocebat ocello
Vnzeri, **) fauſta ſorte, ſiniſtra manus.
Poſtea, mens horret ſcenae meminiſſe ſequentis,
Denſius heu! tegmen lumen utrumque premit.
Cimmeriis tenebris, talpa prope coecior omni,
Immerſus, noctem mortis adeſſe reor.
Corpus vti truncus iacet immotum; idque iubetur,
Ne coeant lento vulnera facta gradu.
Porrigitur modicus victus, referoqne puſillum
Infantem, veſci qui nequit ipſe cibis.
Aegrius haec tolero, ſed erant toleranda: fruendae
Quid non cogit enim pectora lucis amor?
Nil, niſi quam Stoa commendat, patientia prodeſt:
Compreſſis palmis vix retinenda fugax.
Interea meditor, ſpero, metuenſue futuri
Ambio coeleſtem ſupplice voce Patrem.
Sollicitum recreant ſermonibus unus et alter,
Quorum perpetuo nomina grata colam.

**) Ioh. Chriſtoph. Vnzerus, vir experientiſſimus, morumque ſuavitate commendabilis, qui patruo gaudet Scriptore probatiſſimi Operis medici.

Nec tamen aufugiunt, quae coniurata peroso
Agmine circumſtant, otia ſaeua latus.
Ah! ſat longa manent, quae nunquam tanta fuere:
Quaelibet hora dies, menſis et annus erat.
En! faciem rerum, depictam carmine vili.
Quattuor hebdomadas ſic mihi Parca rapit.
Inde, nec inuito Medico, mora ponitur: almos
Feſtino cupidus rurſus adire Lares.
Quum ſolitis, viſu redeunte, laboribus impar
Haud fuero, coelum debita thura petent.
Si renuat Numen, ſaltim contingat, amari
Foecundos calices fortiter euacuem.
Denique, quisquis ades, moribundi lumina claude,
Vivo quae caſus eſſe ſerena vetant.
Caetera, iam dudum conſcripta, fidelis amicus
Expediat, ne ſit littera vana, precor.

Hos nuper queſtus expreſſerat Altona: voti
Damnato accreſcent gaudia quanta mihi!
Vnzero bene ſit, cuius ſatis apta medela
Id reddat, ſine quo feſſa ſenecta gemit.

SVP-



SVPPLEMENTA

AD

TOMVM I. BIBLIOTHECAE HISTORIAE LITTERARIAE.

Pag. 2. lin. ult. ad verba, *fuerint et reliqua*) Hactenus MOSHEMIVS, cuius scriptum laudatum nunc recusum exstat in commentat. eius et Orationibus varii argumenti collectis a IO. PETRO MILLERO. Hamburg. 1751. in 8. mai. pag. 101. sequ.

Pag. 3. lin. 6. *recusa est*) Sed breuitate nimia laborat hoc Scriptum, et ita comparatum generatim est, ut his nostris temporibus usus illius admodum exiguus esse queat.

Ibid. lin. 22. ad verba, *Hippiae narrat*) post CICERONEM *de Orat.* III. 32. APVLEIVS etc.

Pag. 5. lin. 9. *edita*) (Si vera scripsit ad hunc locum LILIENTHALIVS: recitatum saltim a. 1706. cognitum habeo.

Ibid. lin. 10. 1707. 4.) IACOB. ELSNERI *Orat. de eruditione cum pietate iungenda*, Berol. 1722. in 4. et DAV. MILLII Orat. *de erudita pietate*, *Miscellaneis* eius *Sacris*, quae Amstelodami 1754. in 4. prodierunt, adiecta.

Ibid. lin. 14. ad verba, prodiit WOWERI opusculum Hamb. a. 1604.) quae editio tantum verba prioris editionis genuinae de anno 1603. Hamb. *ex bibliopolio Frobeniano*, expressit, quae etiam Frobeniano charactere gaudet. Caeterum liquide satis apparet, praeter primam plagulam et titulum huius editionis in hac iterata editione omnia, quae in priori legebantur, ipsa quoque errata, remansisse. Imago titulum huius editionis complectens totam paginam complet. Quae mihi ex collatione accurata harum editionum innotuerunt.

Pag. 6. lin. ult. *Lipsiae* 1708. 4.) quam tamen sub examen vocauit IO. ERDMANN BIECKIVS in HEVMANNI *Actis Philosophor. Part.* XIII. *pag.* 124. seq.

Pag. 7. lin. 17. *Vitemb.* 1695.) Humaniorum litterarum cultorem eum exhibuit OLAVS MOLLERVS in Exercitatione *Bibliothecae Lubecensi Volum.* V. pag. 104. seq. inserta, *ac denique* cet.

Pag. 9. lin. 17. *absurdissimum*) lege absurdissimam

Pag. 11. lin. 10. Scriptis de usu historiae litterariae quoque addatur VLRICH MAYRII scriptum germanicum *Veber den Einfluss der gelehrten Geschichte in das Studium der Gottesgelehrsamkeit*, quod cum praefatione de fatis Scientiarum Lipsiae et Augustae Vindel. 1779. in 8. prodiit, quod recensetur in *Ephemerid. Goettingens. literar.* a. 1779. *Scid.* 27.

Ibid.

Ibid. lin. antepenult.) De prudentia in historia litteraria obseruanda lectu non indignum est schediasma germanice exaratum reperitur in IO. ANDR. FABRICII *critischer Bibliothec. Volum.* III. *Part.* III. p. 179. seq.

Pag. 16. lin. 1. *Martyrologii*) Prima editio *Romae* a. 1586. in fol. cum altera *Venetiis* 1587. in 4. ipse Auctor suppresserat, ob hunc praecipue soloecismum ab amico Gallo, *Nicolao le Feure*, admonitus. Non parum de posteriori male a typographo exhibita conqueritur in *Epistolis*, *Romae* anno circiter 1770. in 4. mai. ab *Albericio* editis, Tomo I. epist. 9. ad Christ. Plantinum typographum Antwerpiensem, qui a. 1589. in fol. nouam editionem protulerat, ubi hic error insignis deletus deprehenditur. Interim et haec, et quae sequebatur, editio *Veneta* de a. 1597. in 4. admodum est infrequens.

Ibid. lin. 18. *Idem ille Koenigius* l. c. p. 139.) lege pag. 133. pag. 17. lin. 1.) Vid. quoque LINDEN. *de Scriptis medicis* sub voc. *Henric. Ernst.*

lin. 3. ad verba: *monet l. c.* p. 139.) Notabilis quoque STANISLAI SAMICII, qui quippe iam a. 1401. artem typographicam Cracouiae exstitisse somniauit, soloecismus litterarius indicatur a IO. DAN. HOFFMANN. in Tract. *de typographiis Poloniae et Lithuaniae*, *pag.* 2. CHRIST. WOLFIO in Elementis Matheseos vniuersae Anglice a. 1745. editis, subiectum esse post nomen Auctoris. Professor of the Hall at Magdeburg, obseruat GEORG. GVIL. ALBERTI *in den Briefen von dem Zustand der Religion und der Wissensch. in Gross Britannien. Part.* I. *pag.* 9. Simili modo Pater Ord. Benedictini, AEMIL. NAISL. im *Euangel. Posthoernlein*, Ratisb. a. 1726. iterumque, mutata inscriptione a. 1730. in 4. adversarium suum, *Io. Quodvult Deus Bürge-*

 rum,

rum, facerdotem olim Martisburgenfem, ridicule nominat *Io. Quoduult Deum*, civem et Archidiaconum Martisburgi. Vid. *Deutfche Acta Erudit. Tom.* XIII. *Part.* 152. p. 539.

Ibid. lin. 26. *1751. p. 1. fequ.*) et IO. MATTH. GESNERI praefatio GEORG. CHRIST. HAMBERGERI *Parti* I. *der zuverläffigen Nachrichten von den vornehmften Schriftftellern vom Anfange der Welt bis* 1560. praemiffa, nec non die *Hannöverifchen Beyträge zum Nutzen und Vergnügen*, a. 1760. *Part.* LVI. p. 331. fequ. ubi extat *Verfuch eines Lexicons fehr berühmter Gelehrten, die überall nicht in der Welt gelebt haben.* Continuatio exftat im *Hamburgifchen Magazin,* 1769. P. II. et III.

Pag. 19. lin. 12. p. 22. fequ.) itemque GEBAVERVS in *veftigiis iur. German.* p. 764.

Ibid. lin. 20. *relinquimus*) Conferatur CHRIST. ADOLPH. KLOTZII Praefatio CHRIST. CRVSII *Opufculis* praefixa pag. 61. et ipfe CRVSIVS p. 34. ubi loco vocis litterarum Scripturam *littorum* mavult, quae coniectura ingeniofa quidem eft, fed a paucis forte probabitur.

Pag. 20. lin. 5. in fine) Conf. etiam GOTTSCHEDII *Neueftes aus der anmuthigen Gelehrfamkeit a.* 1756. *Num.* 1. p. 117. feq.

Pag. 21. in nota, lin. 13. *edit. nouiff.*) et, qui copiofiffime de eodem egit, AVGVST. BEYERVS in *Memoriis librorum rariorum pag.* 115. feq.

Pag. 31. lin. 17.) lege: *Nachrichten von gelehrten Leuten und Schriften, befonders dem gegenwärtigen Zuftande der Univerfität Jena*, 1727. 8. p. 402. feq. ubi de hac opella folidum fertur iudicium.

Pag. 33. fub finem §. X.) Ampla pariter et adcurata libri *Conringiani*, qui inter caeteros tanti Polyhiftoris mirifice eminet, et quidem ex *Heumanni* editione recenfio exftat im *Abrifs von dem*

neueften

neuesten Zustande der Gelehrsamkeit, *Volum.* II. pag. 51 — 64.

Pag. 48. lin. 17. *prelo exiit Venet.* a. 1603. *et Colon.* etc.

Ibid. lin. 19. manibus versatur) Conf. NICERONII *Vitae eruditor. Part.* XVI. p. 305. seq. edit. german.

Pag. 61. ad finem lin. 17. Ad historiam artis criticae quod attinet, eadem sed paulo acerbior est sententia PETRI BVRMANNI secundi in Praefat. HENR. VALESII Emendationibus ac de re critica libris Amstelod. a. 1740. in 4. praemissa. Verba eius sunt: *Denique etiam novissime Sectae Gundlingianae pansophus, Gottlieb Stollius in Introduct. ad histor. litter. cap. III. de arte critica quaedam compilauit, hinc et inde exiguo cum iudicio corrasa, ut pleraque sunt in isto libro, charta magis quam doctrina mista, adeo ut verissimum sit Graecorum dictum*, βιβλίον μέγα κακὸν μέγα. *Quae probare in proclivi esset, si id nunc ageremus.* Sed respondit ad haec Pseudonymus nescio quis in *epistola ad V. C. Petr. Burmannum Fr. F. Fr. N. Batauum*, nomine Charlottae Amaliae data Halae Magdeb. eod a. in 4.

Ibid. lin. 24. *a. 1732. et 1735.*) (huius, quartae scilicet, duae exstant editiones ex typorum diuersitate nullo negotio cognoscendae,) *quinta* a 1746. ibidem novis ornata accessionibus, *sexta a.* 1753. quae et nonnihil habet novi. Pauca sunt e. gr. quae Cap. IV. §. 61. notis f. h. et i. Cap. II. §. 17. sub finem; Cap. III. §. 2. not. aa et §. 20. post verba: *dederunt operam*, accesserunt, quae totum §phum efficiunt. *Septima* a. 1763. parum immutata successit in 8.

Pag. 63. lin. 3. *debeat*) lege debebat.

Pag. 64. lin 9. *unice fuit*) Non vulgari exceptus est plausu IVVENEL DE CARLENCAS liber sub titu-

lo: *Essais sur l' histoire des belles lettres, des sciences et des arts* Lugduni primnm 1744. iterumque auctius 1749. Partibus II. in 12. vulgatus. Prior pars a. 1749. posterior a. 1752. in 8. Lipsiensibus typis germanice recusa est consilio IO. ERHARD. KAPPII, qui praeter praefationes lectu dignas eruditas quoque obseruationes passim adiunxit. Conf. de Gallica editione *Acta Erud. latina anni* 1743. *m. Iunio, Parte* II. p. 373. sequ.

Ibid. lin. 17. *obseruare licet*) Tomus III. Indice rerum instructus successit ibidem a. 1754.

Ibid. sub finem §. XVI.) item adducta modo in *Bibliothec. critica, Vol.* III. p. 480. ubi amplus et argumentorum et vitiorum typographicorum Index reperitur. Compendium ex his *Fabricianis* Voluminibus, nec id sane contemnendum parauit et a. 1762. in 8. *Brandenburgi* hoc titulo exire iussit L. A. BAVMANNVS: *Kurzer Entwurf einer Historie der Gelehrsamkeit zum Gebrauch der Iugend auf Schulen.*

Pag. 73. sub finem *lin.* 26.) Prima anno 1746. exeunte: Tertia editio, iterum auctior exhibita fuit ibid. 1755. eadem forma. Accessit huc ipsi Catalogus scriptorum omnium ab Auctore compositorum.

Ibid. lin. 32. *pag.* 67. *seq.*) itemque GEORG. MATTHIAE in *den Hannöverischen nützlichen Sammlungen*, a. 1755. Parte 50 — 54. p. 786. seq.

Pag. 75. lin. 11. *libris*) lege libri.

Pag. 77. lin. 27. *Supplementum*) Gallice compositum eiusdemque *Bibliothecae Gallicae* adiunctum, in quo cet.

Pag. 81. lin. 4. *typis impressum*) Ob litem tamen Auctoris cum vidua librarii, qui sumtus in editionem fecerat, retardata statim venditio fuit etc.

Ibid. lin. 20. a. 1740. p. 104.) et CLEMENT in *Biblioth. des liures difficiles à trouuer, Tomo* VII. p. 113.

Ibid.

Ibid. lin. 22. *desinat*) periisse caetera Operis, cuius editionem censores non permiserint, memorat HAMBERGERVS *Part.* I. *der zuverl. Nachrichten von den vornehmsten Schriftstellern*, p. 23. *der ersten vorlaeufigen Abhandlung*) nec ita cet.

Pag. 84. lin. 11. *concinnando)* IO DAN. IACOBI.

Ibid. sub finem lin. 17.) Conf. omnino KRAVSII *Nova Litteraria* anni 1721. p. 145. seq.

Ibid. lin. 21. *impendit*) iisque usus est, quae ipsi antea, separatim excudenda transmiserat IO. ANTON. STRVBBERGIVS, qua de re ipse videatur in discursu praeliminari, *Indici Theologorum Lutheranorum chronologico* praefixo p. 30. not. d.*)*.

Pag. 85. lin. 4. *satisfiet*) Multa nouissime eaque omnino probanda ad opus hoc longe perfectius reddendum proposuit CHRISTIAN. GOTTLIEB. a MVRR im *Iournal zur Kunst-Geschichte und allgemeinen Litteratur*, *Parte* VII. pag. 232-239. Conf. etiam IENS. WORMII *Animaduersiones modestae in Lexicon uniuers. Ioecheri*, Soroe 1769. et 1771. *Part.* II. in 4.

Ibid. lin. 26. T. II. p. 19.) Elaboratas reliquit saltem litteras C ac D, cum ter mille fasciculis schedularum ad idem institutum pertinentium, teste celeb. OELRICHIO in dem *Entwurf einer Geschichte der königlichen Bibliothek zu Berlin* pag. 19.

Pag. 88. lin. 3. „pag. 99.„) Nunc Catalogi *Draudiani*, maxime si sint omnes collecti, rarius obueniunt, uti et IO. CLESSII *Elenchus consummatissimus virorum litteratorum et librorum unius saeculi ab a.* 1500. ad a. 1602. Francof. ad Moen. 1602. in 4. De utroque labore plura differit IO. BECMANNVS in *den Beyträgen zur Geschichte der Erfindungen.* Lips. 1781. in 8. *Part.* II. *artic.* 7.

Pag. 89. lin. 26. *artificiosam ibid.*) a. 1688. in 12. adiecto sub finem *Conspectu cosmographiae, siue Atlantis maioris tam Blaeuviani quam Ianſoniani*; *Bibliographiam* cet.

Pag. 92. lin. 3. *confectus fuisset*) Novam postea editionem *Bibliothecae* huius *iuridicae* curante HENRICO GOTTLIB. FRANCKIO accepimus ibidem a. 1757. in *fol. Tomis* II. quae a viris quibusdam clarissimis ita fuit adornata, ut merito dici praestantissima debeat. Quoniam vero iudicia *Ienicheniana*, quamquam non semper adcurata, praetermissa sunt plane, nec eius editio inter libros inutiles referenda videtur *Supplementa* satis copiosa ad hanc novam editionem dextre parauit ediditque *ibid.* a. 1775. celeb. vir, AVGVST. FRID. SCHOTT. Additamentorum nonnihil ad hocce Volumen in GATTERERI *histor. Iournal. Tom.* VI. *pag.* 136 - 144. legitur. In iure speciatim publico Romano-germanico multi usus esse potest *Bibliotheca Deductionum*, post LVNIGII conatus, et IENICHENII Additiones, a CHRISTOPH. SIGISM. *ab* HOLZSCHVHER *Norimb.* a. 1778. in 8. *mai.* sermone vernaculo luci exposita. Auctore praestantissimo anno sequenti morte oppresso Volumen secundum successit. IO. CHRISTIAN. SIEBENKEESIVS autem, celebris Academiae Altorfinae Ictus opus imperfecte relictum continuandum suscepit, iamque studio ipsius *anno* 1781. Volumen III. prodiit. Caetera exspectantur.

Ibid. lin 13. p. 190.) nunc autem facile potest negligi, postquam HERM. BOERHAAVE *Methodus studii medici* emaculata, et insignibus ALB. HALLERI accessionibus locupletata *Amstelod.* 1751. in 4. *Tomis* II prodiit. Bibliothecam Lipenii philos.

Pag. 94. lin. 21. *editio noua copiosa b. Auctoris Supplementa continens* — p. 142.) Successit *ibidem* a. 1760. in 4. Volumen II. opera PAVLI SCHAFFSHAVSEN, qui ipse recentissimorum Scriptorum insignem numerum adiecit. Neque tamen negandum, variis hoc opus adhuc indigere accessionibus et emendationibus. Decennio fere antiquior est

est IO. MATTH. BARTHII *Mantissa in Fabricii Bibliographiam antiquariam*, emissa *Ratisbonae* a 1751. in 4.

Pag. 95. lin. 5. *Auctor potuit*) donec tandem AYRERVS in *Programm. de principe haerede privati*, Goetting. 1756. 4 p. 5. indicaret. esse eundem IO. FRID. GVIL. *a* NEVMANN, qui, ut postea observavi, ipse suum professus est nomen in praefat. *Institutionibus Iuris principum privati* praemissa, quae a 1747. in 4. prodierunt.

Pag. 96. lin. 6. *prelo exiit.*) *Pars* II. ac III. cum Auctorum indice secuta est *ibidem* a. 1757. Laudandum omnino institutum, idque eo magis probandum, quod coeptam telam perfecerit vir cet.

Ibid. sub finem §. XX.) *Bibliothecam* quoque *Disputationum et Obseruationum de selectis historiae ecclesiasticae capitibus Laubae* a. 1743. in 4. luci exposuit GOTTLOB. FRIDER. GVDIVS, et ad nostrum usque saeculum produxit.

Pag. 97. lin. 22. *Bibliotheca Cameralis*) Talis iam prostat IO. HENR. LVDOV. BERGII studio, prodiitque eadem cum praefatione CHRIST. ERN. *a* WINDHEIM. Norimb. a. 1762. in 8. mai. et sic quidem inscripta: *Cameralisten-Bibliothek, oder vollständiges Verzeichniss derienigen Bücher, Schriften und Abhandlungen, welche von der Oeconomie, Policey, Cameral-Wesen cet. handeln.*

Pag. 98. lin. 11. *adcurate indicat.*) Sed et octava editio *ibid.* a. 1756. *eadem forma* laudati BVDERI studio exhibita longo post se interuallo relinquit illam, quam commendavimus. Nunc novam, de qua nonnisi praeclara nobis promittimus, parat celeb. SIEBENKEES; Antecessor Altorfinus. Antiquiores huius Bibliothecae editiones iuste diiudicantur in *Opusculis Reinoldianis* a me olim collectis *pag.* 710.

Pag. 99. lin. 14. *lucem adspexit,*) Consilii rationes iam indicatae fuerunt in dem *Neuen Büchersaal*, *Vol.* V. *Part.* 52. p. 308. seq.

Ibid. lin. 4. Longe praestantiorem iam editionem suscepit Illustris IO GEORG. MEVSELIVS. Partes II. priores Bibliothecae historicae *Lipsiae* a. 1782. et 1784. in 8. *mai.* productae ingens reliquarum desiderium excitant.

Ibid. lin. antepenult. a. 1751. in 8.) cuius pars secunda; cui *Bibliotheca Theologiae liturgicae* accessit, prodiit *Ienae* 1768. *in* 8. Nunc maximam sibi laudem peperit IO. GEORG. WALCHII *Bibliotheca theologica selecta*, cuius *Tomus* I. *in* 8. *maiori* exhibitus feliciter fuit *Ienae* 1755. *Tomus* II. vero *ibidem* successit a. 1758. *Tomus* III. a. 1762. *Tomus* IV. isque postremus additus est a. 1765.

Pag 100. sub finem §. XXII.) *Bibliothecam* quoque *physicam*, in qua plurima et nouissima scripta, quae de rebus physicis vel generatim vel speciatim agunt, recensentur ac diiudicantur, *Lipsiae a.* 1724. *in* 8. sermone germanico exhibuit IVL. BERNH. *a* ROHR. Sed quid in hoc libro desiderandum sit, docetur uberius im *deutschen Pavillon der Musen*, *Part.* IV. *artic.* 4. Auctior nunc haec ipsa Bibliotheca et emendatius edita *ibid.* a. 1754. *in* 8. studio V. C. ABRAH. GOTTHELFF. KAESTNERI. Accessit *Lugduni Batau. a.* 1760. in 4 LAVRENT. THEODORI GRONOVII *Bibliotheca regni animalis atque lapidei seu recensio Auctorum et librorum, qui de regno animali et lapideo methodice, physice, medice, chymice, physice vel theologice tractant.* Ordine alphabetico compositum est hoc opus. Successit eodem anno eademque forma ipsius *Bibliotheca Botanica*, cui et inserti scriptores, qui de re rustica et horticultura tractant. Est haec opella auctarium *Bibliothecae botanicae*, quam *Hagae* — *Comit.* a. 1740. *in* 4. emisit I. F. SE-

GVE-

QVERIVS. Iam praecesserat CAROLI LINNAEI *Bibliotheca botanica* Amstelod. 1736. *in* 8. recusa *Halae Magdeb.* 1747. eadem forma.

Anno vero 1771. et 1772. *Tiguri in* 4. *maiori* initium maioris operis *Bibliotheca medica* inscripti, *Tomis* II. protulit ALBERTVS HALLERVS, scilicet *Bibliothecam botanicam*, de qua vide *Ephemerid. litterar. Goetting.* 1771. *pag.* 510. seq. Subsecutae sunt *Bernae* ac *Basil. Bibliotheca anatomica Tomis* II. a. 1774. et 1775. eodemque tempore *Bibliotheca chirurgica totidem Tomis*, ac tandem *Bibliotheca practica Tomis* III. 1776-1779. *eadem forma.*

Concinnum compendium, quod ad omnes medicae artis partes spectat, exhibuit Exper. MVRRAY in *Enumeratione librorum praecipuorum medici argumenti Lipsiae* 1773. in 8.

De *numismatibus* exstat ANSELMI BANDVRI hoc in argumento primi ac praecipui scriptoris *Bibliotheca nummaria seu Auctorum, qui de re numismatica egerunt, recensio critica, Hamburgi* 1719. *in* 4. cura IO. ALBERT. FABRICII et cum eiusdem notis recusa. Sed quot nunc post tantum temporis spatium eget cum emendationibus tum supplementis! De ipso opere vid. celeb. LENGNICHII *Beyträge zur Kenntniss seltener und merkwürdiger Bücher*, Theil I. *pag.* 1. 27. ubi et *pag.* 123. binas appendiculas subiecit. Copiosior est IO. CHRIST. HIRSCHII *Bibliotheca numismatica. Norimbergae* a. 1760. in *fol.* ordine alphabetico digesta. Omnium vero industriam superabit illustris SCHLAEGERI *Bibliotheca numismatica* iam aliquot abhinc annis prelo parata, tribus voluminibus formae octuplicatae exspectanda. Vid. LENGNICHII *Beyträge zur Kentniss seltner Bücher. Part.* II. *pag.* 154.

Qui olim in equitatu regis Borussici miles gregarius, postea Rector et Bibliothecarius Blankenbur-

burgensis, tandem vero Berolini Ecdicus supremus (General-Fiscal) fuerat, IO. TOBIAS WAGNERVS *Lipsiae* a. 1724. in 8. edidit: *Entwurf einer Soldaten-Bibliothek*, quo libro a Friderico Guilielmo Rege clementissime excepto scripta recenset ad rem militarem pertinentia. Quum vero complura immiscuerit, quae sunt ab instituto aliena, hodie labor iste exigui est usus.

GEORG. CHRIST. KREYSSIGIVS etiam Altenburgi 1750. in 8. aperuit *Bibliothecam scriptorum venaticorum*, ab Auctore altero fere locupletius redditam, quod exemplar post obitum eius in Bibliothecam Senatus Lipsiensis transiit.

Nec omittenda est HENRIC. IONATH. CLODII *Bibliotheca lusoria, siue Notitia scriptorum de ludis, praecipue domesticis et priuatis. Altenburgi* 1761. *in* 8.

Pag. 103. lin. 2. *folii forma*) quae tamen maius chartae spatium distinguit saltim a caeteris, in 8. exhibitis.

Pag. 104. lin. 10. a fine: *Meibomius Additam. ad Vogler.* p. 163.) pag. 157. edit. 1691.

Pag. 110. lin. 6. *excusa*) lege excuso.

Pag. 111. lin. 9. pag. 452. seq.) et praecipue doctissimi viri CAROL. BENIAM. LENGNICHII *Beyträge zur Kentniss merkwürdiger und seltener Bücher, Part.* II. pag. 22-132. Idem simul obseruat hunc catalogum compluribus vitiis cum typothetae tum ipsius Auctoris maculatum esse, ideoque prouidum requirere lectorem. Nonnihil etiam pag. 17. de Bibliotheca *Duboisiana* supra memorata differit.

Ibid. lin. 27. *Ryffelianae*) deleatur *indicibus instructum*, et ita legatur: a possessoris filio -- -- -- Partibus V. quae omnes Auctorum et rerum indice, saepe etiam notis instructae, iustum eet.

Pag.

Pag. 112. lin. 27. *divulgatus est.*) Prioris Tom. tres in septem divisi volumina, quibus Auctorum ac rerum amplissimi accesserunt indices, posterioris IV. Volumina ultimo anno 1756. edito exstant, quae, ut reliqua mox sequerentur -- -- causa plerique optarunt, sed frustra.

Ibid. lin. 34. FRANCKIO) adiutore GEORG. LAVRENT. HAVSFRITZ, Norimbergensi.

Pag. 113. lin. 3. *Catalogos.*) Sed nunc spes omnis dubia videtur. *Bunaviana* quippe Bibliotheca possessore mortuo aulicae Dresdensi illata: *Brühliana* inter turbas bellicas iacuit, dominoque eius anno 1763. vivis etiam erepto continuatio Catalogi non amplius exspectanda est. Interim anno 1777. DASDORFIVS, Bibliothecae aulicae praefectus, in *Epistolis Winkelmannianis* a se editis, non alienus est a consilio supplendi continuandique Catalogi *Bunaviani.* Optamus laetum labori huic successum.

Post hos Catalogos *Paris.* a. 1753. *in 8.* prodiit *Catalogue des livres du Cabinet de Boze*, qui quantos rarissimorum librorum thesauros contineat, variis exemplis docuerunt Autores der *Goettingischen gelehrten Anzeigen* a. 1755. *Part.* IX. pag. 75. sequ. Addantur: *Catalogus Bibliothecae Woogianae Dresdae* 1755. *in* 8. observationibus nonnunquam litterariis distinctus, *Catalogus librorum D. Ioseph. Smithii Angli, per cognomina Anglorum dispositus, Venetiis* 1755. in 4. *Catalogus Bibliothecae Perardinae*, ab Auctore passim notis litterariis exornatus, qui cum clariss. *Oelrichii* praefat. *de libris comestis Sedini* anno 1756. *in* 8. editus est; *Catalogus librorum Pompadouriae* Marchionissae, *Paris.* 1765. in 8. editus, magnam et integram fere librorum collectionem in singularibus rerum ad litteras politiores spectantium classibus exhibet, et propterea haud inter vulgares

gares est referendus. *Catalogus Bibliothecae Solgerianae* Norimbergae a. 1760 - 1762. Tomis III. in 8. eleganter excusus, Voluminum in omni fere eruditionis parte praestantissimorum ultra septem continet millia, praeter Codices membranaceos et chartaceos, simulque notis litterariis et Indicibus necessariis instructus est. Vtilissima est quoque 10. CONRAD. FEVERLINI, Norimbergensis Reipublic. ornamenti *Supelex libraria variis notis litterariis iustisque pretiis instructa*. *Swobaci* a. 1768. in 8. mai. *Volumen* II. quod accessiones nouas complectitur, *Norimbergae* a. 1779. prelo exiit.

Pag. 123. lin. 14. *excusam*) Idem pertractauit CAROL. GVIL. SCHVMACHERVS in diatribe docta Ienae a. 1758. in 4. euulgata, *de Bibliothecarum apud veteres praefectis*.

Pag. 124. lin. 23. *Venet.* a. 1632. in 4. typis cet.

Ibid. lin. 27. Tomo I. num. 8. pag. 1061. sequ. quo cet.

Pag. 127. lin. 28. *inspicere datum.*) Parum autem fide dignum esse Auctorem in definienda Manuscriptorum Italicorum aetate, aliisque memorabilibus, ex RICHARD. SIMONII *Bibliotheque critique* notatur in *Actis erud. latinis* a. 1710. pag. 282. Diarium hocce Prodromum saltim esse voluit MONTFAVCONIVS plurium cet.

Pag. 128. lin. 15. a. 1722. p. 707.) De alia editione *Anglica*, quae secunda dicitur, ab ipso Auctore locupletata et correcta, et cura IO. HENLEY *Londini a.* 1725. *in fol.* absoluta est, vid. *Catalog. Biblioth. Bunau. Tom.* I. *Vol.* II. p. 1743. in fine.

Pag. 129. lin. 19. *Tollius*) infelix ille litteratus, cuius vitam CASPAR BVRMANNVS in *Traiecto erudito pag.* 368. *seq.* exponit, recensuit cet.

Pag. 132. lin. 19.) Conferas hoc loco LVDEWIGII *Opuscula miscella Tom.* II. *pag.* 433.

Pag.

Pag. 134. lin. 17. *in 4. et*) haud ignota bibliopolarum fraude, ut reliqua facilius distraherentur exemplaria sub cet.

Pag. 145. lin. 3. *Vitemb.* a. 1676.) §. IX.

Ibid. lin. 7. *edit. Amstelod.*) ac *Tomo* IX. p. 397. *seq.* in editione *Parisiensi* nouissime accessit libellus haud inelegans lectuque omnino dignus CHRIST. DAN. BECKII inscriptus *Specimen historiae Bibliothecarum Alexandrinarum*, lucique expositus *Lipsiae* a. 1679. *in* 4.

Pag. 150. sub finem §. XI.) Eo quidem consilio, Disputationum academicarum loco, prodiit *Hafniae a.* 1740. *Historiae graecae linguae Particula prima in* 4. Successit *Particula altera* a. 1752. totiusque instituti ratio haec est, ut in libros quatuor Opus diviserit MVNTHIVS, primo de lingua eiusque fatis, altero de scholis et magistris, tertio de Bibliothecis harumque custodibus, quarto de conatibus et peregrinationibus litterariis Graecorum acturus. Vid. BVESCHINGII *Nachrichten von dem Zustande der Wissenschaften in den Dänischen Reichen, Volum.* I. *pag.* 217. *seq.* sed auctor a. 1763. Hafniae mortuus, nescio, an absoluerit hoc opus.

Pag. 153. lin. 18. *ad diversos Epist.* 77.) Non-nihil uberius haec exposuit IO. MATTH. VNOLDVS in scripto *de M. T. Ciceronis Bibliothecis. Ienae* 1753. *in* 4. et PHILIPP. VENVTVS Italus in *Comment. de Museo Ciceronis in Tusculano scil. Bibliotheca selectissima et antiquitatum collectione pretiosa.* Vid. *Volum.* II. *Ephemeridum*, quae inscriptae sunt: *Memorie di varia erudizione della Societa Columbaria Fiorentina, Liburni* 1752. *in* 4. *artic.* 2.

Pag. 154. lin. 14. *Isidorus lib.* VI. *cap.* 5.) ac praecipue IO. HENRIC. FELSII Orationem *de Asinii Pollionis Bibliotheca Romae publicata. Ienae* 1753. excusam.

Pag.

Pag. 157. lin. 14. *Imperatores.*) Sic *Bibliothecam nouitempli*, in qua Apollinis Temenitae statuam Syracusis aduectam ponere decreuerat Tiberius, memorat SVETONIVS in *eius vita*, Cap. 74. Sic Tiberiana domus cet.

Pag. 162. lin. 14. *adhibita*) erudite descripsit cet.

Ibid. lin. 19. *Reuschiana*) Quae ab his aliisque de Bibliothecis Romanorum scriptoribus tradita fuerunt, ea in succum et sanguinem conuertit, grataque breuitate in opusculo germanico quodam eleganter complexus est IO. CHRISTOPH. STOCKHAVSEN. Accessit illud versioni *der Betrachtungen des Herrn le Moine über den Ursprung und Wachsthum der schönen Wissenschaften bey den Römern. Hannouerae* a. 1755. *in* 8.

Ibid. lin. antepenult. *pag.* 253. seq.) itemque *Tomo* III. *Thesauri Antiquit. Poleniani num.* 11. locum cet.

Pag. 163. lin. 1. *Norimb.* a. 1722.) in 4. producta hoc titulo -- -- -- *librariae Tauberianae*) iterumque a KAPPIO, Professore Lipsiensi latine versa, excusa fuit in dicto *Tomo Thesauri Poleniani num.* 10.

Pag. 171. sub finem lineae 10.) Conf. IO. DAN. TITII *Abhandlung von dem Eifer Kaysers Carls des grossen in Anlegung einer Bibliothek*, quod iucundum scriptum exhibet *die Sammlung einiger ausgesuchten Stücke der Gesellschaft der freyen Künste, Lipsiae* 1754. *in* 8. *mai. num.* 30.

Pag. 173. lin. 2. *supra monuimus.*) Imo coniicit KOELERVS §. VIII. p. 50. dissert. supra pag. 171. citatae, Ludouicum Pium Caroli patris Bibliothecam, quam publice vendi vltima voluntate iusserat, sua pecunia inter pauperes postmodum distribuenda redemisse ibique seruasse, vel multos saltim libros ex eadem suos fecisse. Vtitur testimonio ADEMARI in *Chronico ad A.* 816. qui postquam retulerat,

ulerat, Imperatorem Ludovicum Amelarium, diaconum iuſſiſſe regulam Canonicis excerpere diuerſis e Patrum ſcriptis, haec addit: *Dedit ei Imperator copiam librorum de palatio ſuo, ut ex ipſis, quae viderentur congrua, excerperet.*

Pag. 178. lin. 15. *Cap.* III. §. 15.) De codice ceremoniali Conſtantiniano vid. *Selecta commercii epiſtolici Vffenbachiani Part.* I. *pag.* 8.

Pag. 180. ad finem §. XVIII. Acceſſit *ibidem* a. 1756. in 4. non contemnenda PAVLI FABRI *de Augusta Budenſi Bibliotheca* Commentatio, quae mox recuſa eſt *Lipſiae.* Auctor uberiorem huius argumenti pertractationem promiſit, una cum notitia aliarum apud Hungaros Bibliothecarum. Ex STEPH. KAPRINAI *Hungaria diplomatica Matthiae de Hunyad regis Hungariae Tom.* I. a. 1767. *Vindobonae in* 4. edita p. 92. legitur ibidem paulo ante diſſert. incerti Auctoris, qui litteris ſe F. X. S. A. occultauit, de Regiae Bibliothecae Budenſis ortu, lapſu, interitu et reliquiis prodiiſſe.

Ibid. lin. 12. *praeripiebat.*) Conf. WVNDII *Programma de celeberrima quondam Bibliotheca Heidelbergenſi. Heidelbergae* 1670. *in* 4. plag. 4.

Pag. 184. lin. 8. *Bongars lit.* d.) et *Biblioth. hiſtor. Hamb. Centur.* III. *pag.* 113. *ſequ.* Alii tamen haec — OVRAND *Vol.* 1. pag. 65. Nunc relationi Baelianae atque horum, qui ipſum ſecuti ſunt, aperte contradixit clar. SINNERVS in praefat. hiſtorica *Tomo* I. *Catal. Mſtor. Biblioth. Bernenſ.* praefixa, ubi *pag.* 14. sic ſcribit: *Quod traditum eſt poſt mortem Bongarſii Electorem Palatinum eius codices manuſcriptos comparaſſe, uno Codice teſte refutare ſat eſt. Nempe* Prudentius *Num.* 264. *membranaceus, nitidiſſime et partim litteris maiuſculis ſcriptus, qui in Bibliotheca Bernenſi exſtat, pagina prima haec a manu Bongarſii inſcripta praefert:* Ex dono illuſtr. Ioh. Caſimiri, Comitis Palatini ad

Rhenum. *Absurdum foret credere, Electorem Palatinum alios Codices emisse, hunc ex optimis et antiquissimis, quem ab agnato ipsius Casimiro acceperat Bongarsius, neglexisse.* At enim dubii forte nonnihil superest, si ea perpendantur diligentius, quae paulo infra de directione bibliothecae Palatinae dicuntur.

Pag. 187. lin. 16. *cap.* 6. p. 105.) Inspici praeterea meretur *Instructio Allatii ad suscipiendum iter in Germaniam Bibliothecae Palatinae caussa*, quam olim a MICH. FRID. QVADIO editam, at insigniter raram recudendam curauit BAVMGARTENIVS in den *Nachrichten von merkwürdigen Büchern, volum.* III. pag. 523.

Pag. 188. lin. 11. *correxerit*) Codicem item rescriptum, ex quo Fragmentum Livianum quoddam Romae anno 1773. in 4. ac postea saepius alibi editum est, olim ad Palatinam Bibliothecam pertinuisse, testatur ipse editor Romanus.

Pag. 189. sub finem §. XIX.) Locum et hic sibi vindicat *Bibliotheca* Ducalis *Bipontina* a Iohanne I. instituta, quae magna ex parte in bello tricennali anno 1635. a militibus Imperatoris corrupta fuit, cuiusque reliquiae quinque millium circiter Voluminum a Friderico Ludouico Duce Bipontino non parum auctae, cum insignibus Manuscriptis historicis a Gallis a. 1677. ereptae in Bibliothecam Tellerianam, qua nunc Abbatia S. Genouefae apud Parisienses superbit, transierunt. Vid. GE. CHRIST. CROLLII Comm̄entat. *de illustri olim Biblioth. ducali Bipontina per duplicem temporum iniuriam saeculo superiori deperdita.* *Biponti* 1758 in 4. Potiora ex scripto hoc iucundo referuntur in *den Leipziger gel. Zeit.* a. 1758. p. 844. seq. Primus videtur Bibliothecae huic praefectus fuisse *Tilemannus Stella*, cuius a CROLLIO simul renovatur memoria. Apud SCHVRZFLEISCHIVM *Introduct. in notitiam scriptorum*, Vit. a. 1736. a *Godof. Wagnero* in 8. edita, *Part.* II. *pag.* 22. legitur, bibliothecam hanc

anc igne foedatam, deinde reparatam ſenſim et inauratam Gallis dicto tempore in praedam ceſſiſſe, in urbem Metenſem auectam eſſe, quaedam tamen on contemnenda fragmenta ac documenta, impriis ſupplementum *Trithemianum* ad regem Sueciae, gitimum Biponti dominum perueniſſe. Tum aditur, tantum Germaniae theſaurum *Ioſephum Scaliteruni* et poſt eum Conringium Vaticanae praetuliſſe. bundaſſe eum aevi medii ſcriptoribus manu exaras, et eiusmodi opera quaedam *Trithemii* doctiſſimi bbatis ibidem latuiſſe.

Pag. 190. lin. 26. *edit. nouiſſ.* et GE. DAN. SEYERVS *Tom.* II. Part. 16. *pag.* 257. *ſeq.* Bibliotheas cet.

Pag. 191. lin. 22. *pag.* 102. *ſeq.)* Add. V. Clar. ELRICHIVS in KOHLII *Hamburgiſchen Berichten* a. 754. p. 108. ſeq.

Pag. 193. §. I. lin. 15. *Gaſſendus teſtatur p.)* 155. dit. Hag. a. 1655. 4. productae Lucam cet.

Pag. 201. lin. 5. *Venetiis* a. 1622. Italice cet.

Ibid. lin. 10. *p.* 960.) Negauit hoc tamen, ac Menozae innocentiam ante oculos poſuit MARC. FOSCAINI in Opere pulchro *della Letteratura Veneziana, atau. a.* 1752, *in fol. Part.* I. *pag.* 63. qui propterea volui meretur. Add. BOERNERI Tract. *de doctis ominibus Graecis* in *vita Beſſarionis*, *pag.* 67 ſeq.

Ibid. lin. 15. *Tarraconiae a.* 1586. *in* 4.) Plura de odem Catalogo haurienda ex GE. CHRISTIAN. GEAVERI *Narratione de Henr. Brenckmanno. Goetting.* 764. in 4. p. 179. *ſeq.* Eadem ratione Petri Pontii egionenſis Epiſcopi Plaſenciae manuſcripta omnis ntiquitatis — Montani acceſſerunt. Aetate Phippi II. acceſſit ſupellex Regum Hiſpanorum Neaolitanorum Alphonſi V. et Ferdinandi libraria, uam haereditate acceperat et poſtea auxerat *Gongaz Perez*, Status miniſter: *Guil.* item *Sirieti* adpara-

tus Romae coemtus. Tum Philippo III. imperante Regi Maroccano Muley Cidan anno 1611. duas naues tria millia codicum Arabicorum continentes ereptas, eorum tamen partem fere dimidiam sexaginta annis post incendio deletos 1805. reliquos esse, tradit PLVERVS *loco infra* pag. 206. citato. Conf. CONRINGIVS *de Bibliotheca Augusta* pag. 198. *Theophil. Spitzelius pag.* 144. *Collect. Schmid.* aliique cet.

Pag. 204. lin. 18. *thesaurus*) si fabula vera est, maior futurus cet.

Ibid. lin. 29. *in Spicilegio* p. 55.) ubi vocatur Codex nondum editus, adeoque maximum Bibliothecae cimelium.

Ibid. lin. 33. *Collect. Madero-Schmidiana.*) Barvoetii Catalogus adiectus est antea BALTHAS CORDERII *Prolegomenis ad Cyrilli Alexandrini Homilias in Ieremiam*, *Antwerp.* 1548. *in* 8. Singulare est, quod memorat LILIENTHALIVS in *Selectis histori. et litterar. Part.* I. p. 197. in *Observat. de Bibliotaphis*: *Inter Bibliotaphos*, ait, *merito numerantur Hispani*, *de quibus notum est*, *quod*, *cum Alex. Baruoetius*, *Iesuita*, *catalogum manuscriptorum Bibliothecae Scorialensis summa cura adornatum editioni parasset*, *inuidia ducti*, *nolentes*, *vt cogniti fiant sui thesauri*, *astu et hunc indicem egregium surrepti fuerint. Vnde postea Barvoetius ea tantum scripto coniecit in publicatum a se a. 1648. Catalogum, quae reminiscentia et memoria extemporanea ei suppeditarunt.*

Pag. 205. lin. 20. *de quo supra*) Nunc eius generis Codices adcuratius perspici queunt ex MICH. CASIRI *Bibliotheca Arabico-Hispana Escurialensi*, cuius *Tomus* I. ultra 1600. Codices continens *Madriti* anno 1760. in *fol.* prodiit. Anno 1770. et alter est secutus. Vid. *Götting. gel. Anzeigen*, a. 1777. p. 34. Plura de hocce opere his in litteris utilissimo in *den Hällischen gel. Zeitungen*, a. 1766. p. 161. *seq.* et *den Göt-*

ngisch. Anzeigen v. gel. Sachen, 1766. *Part.* 138. p. 599. reperiuntur. Rarissimum est utique opus, cu-s quingenta tantum exemplaria fuere, et quidem mtu regio. Quatuor tantum exemplaria eiusdem Germania reperiri dicuntur, quorum quidem ultiplicatio ope novae editionis Ienae 1781. paran-ıe, effici quidem potuit, verum spes fefellit, et ıec editio nondum comparuit.

Idem dicendum de IOH. IRIARTE *Catalogo critico odicum graecorum manuscriptorum regiae Bibliothecae Madritensis*, cuius *Tomus* I. ibid. 1769. secutus est, erius editione ob Auctoris obitum forsitan impe-ta. De utroque opere vid. etiam BVESCHINGII *öchentliche Nachrichten von neuen Landcharten* anni 1779. *art.* XXIX. et XXXI.

Pag. 206. lin. 7. *adornatae.*) Memoratur ibidem, edio circiter saeculo superiori librorum excusorum uatuor ac decem, manu autem scriptorum, quorum ırs maxima Arabica sit, quatuor millia inpromtu isse. Conf. BAVMGARTENII *Nachrichten von merk-ürd. Büchern*, *Vol.* VII. p. 267. Nouissime EDVARD. LARCKIVS in *Letters concerning the Spanish Nation*, ondini 1763. *in* 4. *epist.* 8. indicauit, solos Codices rabicos excedere 1824. Volumina, praeterque hos ia *Dioscoridis* Manuscripta, quaedam *Livii*, *Dionis assii*, *Diodori Siculi* nondum edita, et alios plures ıtiquorum Graecorum Romanorumque scriptorum Codices adesse. Vid. *die Bibliothek der schönen Wis-nschaften und freyen Künste*, *Volum* X. *Part.* I. p. 66. ɘq. Sed legi etiam merentur, quae PLVERIVS adfert ı BVESCHINGII *Magazin für die neue Historie und Geographie*, *Tom.* IV. *pag.* 389. f. ubi videmus, Co-lices huius Bibliothecae, imprimis Arabicos, tanti ıon esse momenti, vti quidem alii nobis persuadere conati sunt. Part. V. p. 109 — 184. exstat Catalogus Manuscriptorum Bibliothecae Scorialensis, cum epi-

tome a PLVERIO exinde confecta. Conf. eiusdem *Reisen durch Spanien*, cura EBELINGII, Lipf. 1777. 8. p. 146 — 202. ubi Catalogus Hebraicorum, Arabicorum et Graecorum codicum exhibetur. Item PETRI ANTONII *de la* PVENTE *Reisen durch Spanien, Part.* II. *pag.* 176 — 192. *edit. german. Lipsiensis.* a. 1775. *in 8. mai.* exhibitae, ubi et adfirmatur, librorum excuforum hac aetate vix triginta millia, manu autem exaratorum quatuor millia ac trecenta adferuari. Qui certe numerus admodum differt ab eo, quem VAYRACIVS fupra adductus nominauit. In BVESCHINGII *wöchentl. Nachrichten* a. 1780. *Part.* XII. pag. 96. memoratur, Bibliothecarium a. 1771. mortuum Yuan Yriarte, annorum quindecim interuallo, Bibliothecam regiam duobus Codicum manu exaratorum ac decem excuforum millibus locupletaffe.

Ibid. fub finem §. IV.) Monarchia delata ad ftirpem Burbonicam, de augenda Bibliotheca Scorialenfi parum folliciti Reges eam reliquerunt totam Monachis. Tum vero Regia Mantuae Carpetanorum originem cepit, quae illam operibus excufis fexaginta Voluminum millia nunc exhibentibus, longe fuperat. Carolus III. intulit huic librariam fupellectilem *Aquinti* S. R. E. Cardinalis fex Voluminum millibus conftantem, Romaeque coemtam. Vid. PLVERIVS l. c. p. 110.

Pag. 207. fub finem §. IV.) De pretiofa bibliotheca, quam habet *Mantuae Carpet.* et publicis ufibus anno 1758. aperuit LVDOV. FERDIN. *de* CORDVA, Dux MEDINA-CELI vid. *die Leipziger gel. Zeitungen*, a. 1759. p. 697.

De Bibliotheca in Collegio maiori S. Crucis *Vallifoleti* obuia vid. CAROL. CHRISTOPH. PLVERII *Reifen durch Spanien*, *Lipf.* 1777. in 8. p. 223. ubi eandem 12000. Volumina continere fcribit: eam vero, quam Fratres S. Francifco dicati habent, pretiofis extero-

exterorum Operibus superbire, ac decem Voluminum aestimari millibus addit.

Pag. 208. lin 4. *Bibliotheca Regia*) ad quam strenue augendam NECKERO teste in *Compte rendu au Roi*, Paris. 1781. *in 4. mai.* singulis annis ex liberalitate imperantis centum librarum Gallicarum millia soluuntur. Eiusdem historiam cet.

Ibid. lin. 8. *quae sunt potiora*) Idem factum et copiosius quidem est in *der Geschichte der königlichen Pariser Bibliothek, mit Anmerkungen von M.* G. C. E. W. *Quedlinburg*, 1778. *in 8.* qui liber commendatur in Frankfurter gelehrt. Zeitung. 1778. *Stud.* 89.

Pag. 211. lin. 1. QVORVM ETIAM FIERET *) Conf. hic de Lascari BOERNERVM de doctis hominibus Graecis, pag. 208. seq.

Pag. 217. lin. 22. *Gottschedianae*) item *Part.* VIII. *p.* 492. *seq.*

Ibid. lin. ult. *Colberti Bibliothecam*) de qua vide *die Leipz. gel. Zeitung*. a. 1729. pag. 124. seq.

Pag. 218. lin. 6. *accessiones insignes*) e. gr. vndecim millia Voluminum anno 1762. ex copiosa Bibliotheca Camilli Faluneti, Ordinis medici in Vniuersitate Parisiensi Decani, acquisitorum, uti memoratur in *den Göttingisch. gel. Anzeigen*, 1764. p. 323. Hoc autem non possumus cet.

Ibid. lin. 13. praefectus ei hoc saeculo fuit *Hieron. Bignonius*, nepos Ioh. Pauli, qui a. 1743. octogenario discessit e vita, praecedente aliquot ante diebus Hieronymo Ioh. Pauli successore. Quantum huius cura subsidiorum litterariorum acceperit bibliotheca Regia, his verbis exposuit *de* MAIRAN dans ses *Eloges des Academiciens de l' Acad. Royale des sciences à Paris* 1747. in 8. p. 304. *A l' avenement*, ait, *de Louis* XIV. *à la couronne, on n'y trouua que* 5000. *Volumes*; *il y en avoit environ* 70. *mille après la mort de ce Prince, c' est a-dire trois ans avant qu' elle fut confiée à Mr. l' Abbé*

Abbé Bignon; et l' on en compte aujourdhui (1743.) plus de 135. mille, dont près du quart sont manuscripts.

Ibid. lin. 19. *ministrant*) Meloto a. 1759. mortuo eius provincia demandata est Capperonerio.

Ibid. lin. 33. *praeter alia furta*) (de quibus conf. *Strodtmannus* in *dem neuen gelehrten Europa. Part.* V p. 36.) exciderat cet.

Pag. 219. lin. 28. *Paris. e typograph. Regia* a. 1739). usque ad a. 1744. *in fol.* studio ANICETI MELOTI, Bibliothecae Custodis, editum. *Quatuor* prostant *Tomi*, in quibus -- -- cum typothetarum, tum ipsius Auctoris mendis -- -- -- subsecutus est a CLAVDIO SALLIERIO itidem Custode, *Catalogue des liures* cet.

Pag. 220. lin. 1. *prelo exiit.*) Complectuntur haec unice libros theologicos. In Volumine primo multos se reperisse errores aliquando publice indicandos scribit KAPPIVS in *notis* ad IVVENEL *Versuch einer Geschichte der freyen Künste und Wissenschaften*, *Part.* I. *pag.* 440. Postea sine loco annoue prodiit: *Lettre d' un Academicien à Montpellier sur le Catalogue de la Bibliotheque du Roi in* 12mo. Varii naevi deteguntur ab huius Epistolae Auctore, quem *Saasium* dicunt. Plura vide in dem *Neuesten aus der anmuthigen Gelehrsamkeit anno* 1752. *Part.* VIII. p. 574. *seq.* Conf. *la France litteraire* par FORMEY p. 282. Accesserunt anno 1750. *Volumina duo*, litteris humanioribus consecrata, *annoque* 1753. Volumen novum, libros ex Iurisprudentia recensens, Confer. *La France litteraire p.* 284. *Septimum* etiam exstat *volumen.* Sed utrumque opus cet.

Ibid. lin. 13. De hac bibliotheca regia merentur etiam legi, die *Berliner neuesten Mannichfaltigkeiten a.* 1779. 1. *Quartal. pag.* 161 — 176. et *die Göttingischen gel. Anzeigen a.* 1782. *Stid.* 102.]

Pag.

Pag. 221. §. VII. *Praeter — reperiuntur adhuc*) *) Conf. hic BVDERI *gelehrter Staat von Paris*, pag. 188. seq.

Pag. 224. lin. 6.) *) Quae fata habuerint hae Iesuitarum Bibliothecae, quum ordo hic 1763. plane sit eiectus, adhuc ignoro. Id retulere a. 1764 publicae litterae, priorem *Claromontanam* auctionis lege esse divenditam.

Ibid. lin. 18. *Achillas* de Harley.

Ibid. lin. 27. NEMEIZ p. 223. sequ.) *Systema Bibliothecae Collegii Parisiensis Societ. Iesu Paris.* a. 1678. in 4. edidit, non adiecto nomine suo, IO. GARNERIVS. De libello rarius obuio plura vid. apud MAICHELIVM p. 128. sequ. ac DAV. CLEMENT in *Biblioth. des liures difficiles à trouuer*, *Tom.* IX. p. 67. Sed nunc raritatem ipsi ademisse KOELERVM in *Sylloge scriptor. de ordin. Bibliothec. supra* cap. 1. §. 18. iam obseruaui.

Pag. 225. lin. 5. *superet.*) Libros etiam Guyeti peruenisse in idem Collegium, scribit KAPPIVS in *notis* ad IVVENEL *Part.* II. *pag.* 262.

Ibid. lin. 12. *ob varios Codices MStos* *) Particulam eorum saeculo XIII. legauit Petr. Camerarius siue de Nemours, Episcopus Parisiensis, de quo IVVENEL in *der Geschichte der Wissenschaften und Künste Part.* II. pag. 253. *edit. german. Kapp.* ita: *dieser Prälat vermachte der Abtey zu St. Victor seine grosse Bibliothek. Das war sein grofs Repositorium von Büchern, welches achtzehn Bände in sich schloss. So grofs war die Seltenheit der Bücher, und der Reichthum eines Cabinets von einem gelehrten Manne.*

Ibid. lin. 17. *a. 1698. et*) Ludouici Cousini, Curiae monetariae Praesidis, a. 1707. Vid. CAMVSAT Histoire des Iournaux, Tom. II. pag. 38. ubi haec: *Il a aussi laissé sa Bibliothèque à St. Victor, auec un fond pour l'augmenter tous les ans, à condition, qu'elle seroit*

à l'usage du public, et qu' après une Messe haute, qu' on celebreroit annuellement le iour de son decés, on reciteroit un discours sur l' utilité des Bibliothéques. Conf. *Acta Erud. latina a.* 1707. *m. Septembr.* p. 427. Continere dicitur Bibliotheca huius Abbatiae aliquot millia Msprorum cet.

Ibid. lin. 6. a fine, *Harley*) senioris.

Ibid. lin. ult *collecti ab eo fuerant*) quum legationem in aula Turcica obiret.

Pag. 226. lin. 8. *vita exponitur.*) Longo successit Petr. Nicol. Desmolets.

Pag. 227. lin. antepenult. *a. 1704. cum*) Manuscriptis et certis reditibus cet.

Pag. 228. lin. 3. *vt supra dictum*) Vid. BRICE *Descript. de la ville de Paris. Tom.* IV. *p. m.* 256. et NEMEIZ cet.

Ibid. sub fin. lin. penult.) Carol. Caesarem Baudelotum paullo post addidisse Bibliothecam suam, indicatur quidem in *den Leipziger gelehrteu Zeitungen a.* 1723. pag. 714. at certiora docet vita ipsius *Tomo* III. *der Geschichte der Acad. der schönen Wissensch. zu Paris pag.* 354. edit. german. quo quippe loco intelligimus, eam ipsam Academiam istos thesauros accepisse.

Pag. 229. lin. 1. *Bibliotheca Coislíniana*) (Henrici Caroli du Cambout, Ducis de Coislin, Episcopi Metensis) olim Seguieriana.

Pag. 230. lin. 15. sub finem.) Addendum his est, quod testatur KAPPIVS in notis ad IVVENEL *Geschichte der Wissensch. und Künste, Part.* II. p. 261. legasse quoque huic Bibliothecae Cardinalem de Geures suam supellectilem.

Bibliotheca urbis *Parisiensis* ex palatio Lamoniano (*Lamoignon*) anno 1773. translata est in aedes S. Ludouici, quae partem faciunt plateae S. Antonii.

Biblio-

Bibliotheca *magni Senatus* a Verthamontio, Praeſide, fundata, certisque reditibus, legati iure ornata, incendio periit initio anni 1776. Sex Voluminum millia continuit, inter quae inſignis collectio rerum in Parlamento geſtarum praecipue deſideratur. Pretium totius Bibliothecae centum librarum millia explevit.

Pag. 232. lin. 15. *Vergnüg. Müſſig. Stunden, P.* I.) *Obſervat.* III. *de Biblioth. Mazariniana p.* 42. ſequ.

Pag. 234. lin. 10. *exſtant Bibliotheca*) et Voluminum 67. millia complectuntur *Rothomagi cet.*

Ibid. lin. 13. Tom. I. *Vol.* I. *p.* 850.) et *Iournal des Sauans* de a. 1747. *m. Mart,* pag. 414. ſeq. edit. Belgic. Emendatus eſt recuſusque hic ipſe Catalogus a. 1747. eadem forma, ſtudio RENATI PROSPERI TASSIN, cui tamen SAASIVS eodem anno reſpondit ſingulari libello. Vid. *La France litteraire* par FORMEY *pag.* 295. et *pag.* 282. Tranſierunt in hanc Bibliothecam ex voluntate Poſſeſſoris Richardi Simonis omnes eius, quos reliquerat, libri cum excuſi tum manuſcripti.

Pag. 235. lin. 19. ſub finem *Divione* exſtat Petri Feureti Bibliotheca publicis uſibus a. 1706. dicata, qua de re PAPILLIONIVS in *Biblioth. des Auteurs de Bourgogne, Tom.* I. p. 215. ita ſcribit: *Il a rendu publique une Bibliothéque aſſéz nombreuſe, à laquelle il auoit joint un choix excellent d' Eſtampes et pluſieurs Inſtrumens de Mathematiques. Les Ieſuites de Dijon ſont depoſitaires de cette Bibliothéque ouuerte tous les Mecredis et les Vendredis cet. Le Bienfaiteur a laiſſé un fond pour l' entretien et l' augmentation des liures. Le Catalogue en fut imprimé en* 1708. *in* 4. *a Dyon pag.* 162.

Pag. 236. lin. 11. *in margine illuſtratus*) Conf. IVVENEL Part. II. pag. 266. *edit. Kappianae.*

Pag.

Pag. 237. lin. 18. sub finem) Leges Bibliothecario praescriptae exstant inter Statuta nat. Germanicae in KESTORS *deutschen Schriften*, Volum. X. p. 206. seq.

Ibid. sub finem §. IX.) *Auenione* fratribus Dominicanis a. 1716. Genetius Abbas instructam decem millibus Voluminibus Bibliothecam reliquit. Vid. NICERONII *Vitae Part.* XI. p. 413. *edit. german.*

Plura et adcurate quidem congesta de illustrioribus Galliae Bibliothecis exspectabantur olim ab Auctoribus de *l' Histoire litteraire de la France*; sed Riueto, cui id Opus praecipue debebatur, a. 1749. vivis erepto, post Tomum IX. cecidit spes, quam conceperant propterea omnes.

Pag. 239. lin. 7. eundem) aeris alieni ob legationem ad Batavos contracti magnitudine coactus venum exposuit cet.

Ibid. lin. 26. *edit. noviss.*) et BRICE *Descript. de Paris*, *Tom.* II. *pag.* 93.

Pag. 241. lin. 25. *est observatum.*) Conf. dicta Cap. II. sub finem §. 19.

Pag. 243. lin. 29. *Regii custodis*) a. 1753. mortui.

Pag. 244. lin. 9. *in* 4.) (seu potius folio minori.)

Ibid. lin. 17. *ipse Catalogus*) quinque et viginti saltim exemplaribus cet.

Ibid. sub finem §. XI.) Conf. CLEMENT *Bibliothèque curieuse* cet. *Tom.* V. pag. 171. seq. itemque *die Göttingischen gelehrten Anzeigen* a. 1755. pag. 75. seq. ubi de alio Bibliothecae Bozianae Catalogo *Paris.* a. 1753. *in* 8. excuso fusius dicitur.

Ibid. lin. 25. *Illam asservat*) locus, vetus dormitorium dictus, in quo commorati sunt olim Scholae Westmonasteriensis alumni, credideritque cet.

Pag. 247. lin. 25. *edit. noviss.* Conf. NICERONII *Vitae hominum eruditor. Part.* IV. pag. 403. *versionis german.* quo memoratur in loco, Bentleium sub initium statim huius muneris mille varii generis Volumina

mina Bibliothecae intulisse, secundum Constitutionem supremae regni Curiae, aliquamdiu neglectam, ex qua exemplar cuiusvis libri in Anglia excusi dandum erat Bibliothecis tam Regiae quam Academicis. Nunc cet.

Ibid. lin. 31. p. 296. *seq.*) et *Biblioth. Britannica, Tom.* V. *pag.* 318. seq.

Ibid. lin. 32. *Regia*) decem millia librorum excusorum et bis mille circiter Volumina manuscripta cet.

Pag. 248. lin. 3. *mutilum*) Opus *Veteris ac* — — spirituum adiunctione, exaratum, quatuorque redactum in Volumina cet.

Ibid. lin. 18. *de hoc agit Codice*) excerpta in BERNARDI *Nouvelles de la Republ. des Lettres m. Iul. et August.* 1717. p. 511. sequ. Merito autem is est refutatus cet.

Pag. 249. lin. 7. *supra memorato.*) Add. GE. GVIL. ALBERTI *Briefe, Part.* IV. pag. 1172. seq. Casley fere sententiam sequitur, aetatemque Codicis Alexandrini in medio saeculo V. collocat dissert. praeside V. Summe venerando IO. SALOM. SEMLERO *Halae Magdeb.* a. 1759. proposita *de aetate Codicis Alexandrini.* Legantur hic *die Leipziger gelehrte Zeitungen* a. 1759. *pag.* 521. *sequ.* Ante paucos annos Georgius II. Rex Augustissimus *Museum Britannicum* i. e. eximium rerum naturalium adparatum a Ioh. Sloane olim collectum, cum Bibliotheca Regia coniunxit, usibusque dedicavit publicis. Accessit post Salom. da Costa, Iudaei donum ducentorum fere Codicum manuscriptorum Ebraicorum, eximii omnino pretii, teste *Gentlemans Magazine, m. Februar.* 1760. *pag.* 51. seq. et das *Hannöverische Magazin* 1774. Part. VIII. *pag.* 119. *sequ.* Descripta sunt omnia studio adcuratiori in *Museo Britannico* Anglice plus vice simplici, et germanice quoque Berol. a. 1764. edito. Conf. etiam

etiam *A new History of London*, *Lond.* 1773. *in 4.* ubi multa de hoc Museo notatu dignissima memorantur. Praeter hanc vero Bibliothecam aliae adhuc cet.

Ibid. lin. 13. Sic nota est Bibliotheca cet.

Ibid. lin. 18. *ex Catalogo patet)* iam perraro, quem cet.

Ib. lin. 27. *omnibus aperitur,)* exclusis tantum Presbyterianis. Copia tamen cet.

Ibid. lin. ult. *Stuarts*) Conf. ALBERTI *loco citato Part.* III. p. 670. ubi plerosque libros dicit antiquos, et hos quidem nullius momenti. Quosdam vero Codices Orientales, praecipue Alcoranum eleganter exaratum, ibidem servari testatur. Novus Catalogus cet.

Pag. 250. lin. 16. Maiores monstrat divitias Bibliotheca *Archiepiscopalis* cet.

Ibid. sub finem lin. 28.) et ALBERTI *Briefe*, *Part.* IV. pag. 1176. ubi legimus, praeter multos libros excusos egregios rarosque hic etiam reperiri Codices quosdam antiquorum scriptorum.

Pag. 252. lin. 2. sub finem) Catalogus *MSptorum* in *Museo Britannico*, auctore SAM. AYSROVGH, sermone Anglico *Londini* a. 1782. Voluminibus II. *in 4. mai.* prodiit. Recensentur ibidem quatuor Voluminum millia studio *Sloanii* collecta, quingenta a *Birchio*, quibus alia deinceps successerunt. Numerantur ergo Voluminum quinque millia generatim, quae ad Regni porissimum historiam spectant.

Ibid. lin. 10. *Regiae vicina)* levis enim paries ex asseribus compositus utramque separat. Auctor illius cet.

Pag. 254. lin. 9. *legi meretur.*) Conf. ALBERTI *Briefe*, *Part.* IV. p. 1170. *seq.* qui tamen de posteriori silet incendio.

Ibid.

Ibid. ſub finem lin. 20. Ante paucos tamen annos Cottonianae proſpexiſſe adhuc Regiae Bibliothecae praefectos, ALBERTI loc. citat. teſtatur. Idem de aliis Bibliothecis in hac urbe conſpicuis nonnulla memorat, ſcilicet de Bibliotheca *Regiae Carolinae*, *Martinianae*, *Sommerſetianae pag.* 1176.

Pag. 255. ſub finem lin. 24.) Conf. *Authentic Memoirs on the life of Rich. Mead. Lond.* 1755. 8. mai. *Bibliothecae Meadianae Catalogus* excuſus eſt a. 1754. *in octav.*

Pag. 256. lin. 32. *Humphredianam*) a. 1547. penitus expilarunt cet.

Pag. 260. lin. 10. *p. 327. ſequ.*) Conf. quae dicuntur in *Actis eruditorum* 1702. *pag.* 284. ſeq.

Ibid. ſub finem lin. 12.) Inde ab aliquot annis novus Catalogus criticus Manuſcriptorum omnium, quorum copia mirifice crevit, in Bibliotheca Bodlejana paratur. VRIVS Hungarus, Orientalibus occupatus eſt, iamque *Volumen* I. Ebraica continens, typis ſuſpicor excuſum eſſe. Vid. BIOERNSTAEHLII *Briefe*, *Volum.* III. *pag.* 266. *edit. german.*

Pag. 262. lin. 12. *a. 1738. p.* 687.) Inter codices manu exaratos adſervantur *Acta Apoſtolorum* graece et latine ſcripta, quae decem et quatuor ſaeculorum prae ſe ferre aetatem contendunt Oxonienſes. Conf. ALBERTI *Briefe*, *Part.* III. *pag.* 793. *ſeq.* quo in loco et alia memorantur v. gr. ſortem idoneam deſiderari, ex qua libri recentiores comparari queant; Opera in forulis inferioribus catenis eſſe conſtricta cet.

Ibid. lin. 16. *Fyſherus*) *) Fyſheri ſucceſſor anno 1774. fuit Pricius.

Ibid. lin. 17. *ſingulis diebus*) excepta dominica feſtisque, ipſis vero brumae diebus hora ſaltim pomeridiana ſecunda uſque ad ſequentem aduenae cet.

Pag.

Pag. 271. lin. 5. lege: expoſita eſt Lugd. Batav. a. 1746. in 4. mai. His verbis addantur ſequentia: Acceſſerunt etiam Proſperi Marchand multorum Voluminum libri, quo de legato PERARDVS in *Catalogo Bibliothecae* ſuae, *Sedini* a. 1756. in 8. cum praefat. clar. OELRICHII edito pag. 373. ſic ſcribit: *Mr. Proſper Marchand avantageuſement connu dans la Republique des Lettres par ſon hiſtoire de l' Imprimerie, et par quelques autres Ouurages, qu' il a donnés au public, par diverſes bonnes Editions, qu' il a procurées, et par la grande connoiſſance, qu' il auoit de l' Hiſtoire litteraire, mourut à la Haye le 13. Iuin 1756. dans un age fort avancé. Il a laiſſé ſes Liures à la Bibliothéque publique de Leide.* — — — Conf. *Bibliotheque Impartiale, Tom.* XIV. *Part.* II. *m. Sept.* et *Octobr.* 1756. *p. 319.* et *Dictionaire hiſtor. de Marchand*, dans l' *Avertiſſement de l' Editeur.* Ex HARLESII *Vitis Philologorum* Volum. IV. didici etiam, Franc. Hemſterhuis poſt mortem parentis, TIBERII HEMSTERHVIS omnes Auctores antiquos manu ipſius in margine illuſtratos aut emendatos, Bibliothecae academicae dono dediſſe.

Pag. 272. lin. 4. *libri omnis generis Mſti*) *) Codices manu exarati in Bibliotheca Leidenſi Graeci Latinique, et ii quidem perantiqui magno numero exſtant, ac praeter hos duo fere millia Orientalium, qui magna ex parte nondum ſunt editi. Debeo hanc obſervationem ampliſſimo PESTELIO pag. 102. *Commentar. de Republica Batava Lugd. Batav.* 1782. *in 8. mai.* excuſorum.

Pag. 273. lin. 6. *excuſis*) *plagulis 9. in fol.* ubi libri occurrunt, qui ab a. 1716. acceſſerunt. Nunc in paranda nova Catalogi huius editione ſtrenue occupatum eſſe IOH. IAC. SCHVLTENS, Theologum Leidenſem, didici ex BAVMGARTENII *Nachrichten von merkwürd. Büchern, Volum.* VIII. *pag.* 79. Inter Bibliothecae cet.

Ibid. ad not. (*) lin. 2. *earumque Praefectis*) quae primum edita cum omnibus eius Orationibus *Hagae-Comit.* 1759. *in 4.* studio NICOL. BOND.

Pag. 274. lin. 3. *Erpenius*) De praestantissimo Codice, libros tres ac viginti *Iliadis Homericae* cum scholiis continente, qui tum demum exaratus esse videtur, postea quam *Eustathius* suos ediderat Commentarios, docte agit LVDOV. CASPAR VALCKENARIVS in dissert. singulari, quae *Virgilio* collatione Graecorum scriptorum illustrato (*Leoward. a.* 1747. *in 8. mai.*) subiuncta fuit. Caeterum dolent non pauci, Bibliothecam hanc quadraginta et quod excedit Voluminum millia continentem loco haud satis amplo esse repositam.

Ibid. lin. 8. lege, *Arnoldi* Buchelii cet. — — — qui suas quisque — — legarunt. Conf. de priori CASPAR. BVRMANNI *Traiectum eruditum*, pag. 38.

Pag. 275. lin. 5. *libror. rar. p. 279. sequ.*) Multos alios libros ex Bibliotheca Vltrajectina tunc temporis a Gallis fuisse surreptos, refertur in STOLLII Vita, eiusdem *Historie der iuristischen Gelahrheit* praefixa, *pag.* 43.

Ibid. lin. 17. *laboraret.*) Conf. *Sylloge nova Epistolarum Vhliana*, Volum. V. pag. 177. Msta orientalia optima habet a *Rauio* olim donata. Ex septimo vel octavo saeculo inveniuntur ibidem *Psalmi Davidici* secundum Vulgatam, nec non *Evangeliarium* litteris uncialibus.

Ibid. lin. 23. *inserviret*) Conf. BAVMGARTENII *Nachrichten von merkwürd. Büchern. Vol.* VIII. p. 79. seq. Quod vero ad Bibliothecae *Amstelodamensis* libros attinet, eos esse catenis adligatos, copiamque tam excusorum quam calamo scriptorum admodum esse mediocrem, testatur BERNOVLLIVS *Vol.* VI. *seiner Reisen*, pag. 465.

Ibid.

Ibid. lin. 32. *anno* 1713. *in fol.*) Crevit Bibliotheca liberalitate Henrici Casimiri, Principis Nassoviae et Ioh. Honig, Senatoris Medioburgensis. Conf. VFFENBACHII *merkwürdige Reisen*, *Part.* II. p. 302. *seq.* Ex statuto etiam academico quilibet Professorum librum aliquem nondum in Bibliotheca obvium legare debet, item typographus Ordinum unum cuiusque editionis a se paratae novae exemplar inferre tenetur, teste VRIEMOET. *Athen. Frisiac.* pag. 889.

Ibid. lin. antepenult. *Harlemi* a. 1716. *in* 4.) recusumque ibidem auctius a. 1768. et ut nuper legi, ex tertia editione a. 1781. eadem forma, nec non cet.

Pag. 276. lin. 2. *ibid.* a. 1722.) et opera LEONH. OFFERHAVS novissime a. 1758. auctius eadem forma. De quibusdam praecipuis Codicibus eius vid. VFFENBACHII *Reisen*, *pag.* 249. seq. Initium ea cepit cum ipsa Vniuersitate a. 1614. statimque sancitum est, vt Academiae typographus omnium librorum ab ipso excusorum exemplaria bina Bibliothecae huic inferret. Postea Henricus Altingius, Theologiae Professor, a. 1636. et 1641. Rectoris tunc munere fungens, luculentam curavit accessionem, praecipueque id efficit, ut Bibliothecarius Leidam publico senatu amandaretur ad melioris notae Volumina ex Franc. Gomari supellectile coemenda, quae ibidem publice vendebatur. Vid. *Effigies et vitae Professor. Acad. Groningae* 1654. *in fol.* editae *pag.* 9. et 95. Nec praetermitti debet cet.

Pag. 277. lin. 24. ANDRAE) lege ANDREAE.

Pag. 282. lin. 4. *Part.* II. *lib.* II. *cap.* 4.) Postea tamen insignem hunc adparatum solutis mille Scutis Romanis revocavit consensuque Pontificis reducendum curavit in sedem Episcopalem, vt ibidem accederet Bibliothecae publicae ab eodem institutae. Vid. STRODTMANNI *neues gelehrtes Europa*, Part. VIII.

pag. 1018. et SCHELHORNII. *Ergözlichkeiten aus der Kirchengeschichte und Litteratur, Vol.* I. *pag.* 521. Add. *Excerptum totius Italicae et Helvet. litteraturae, Tom.* I. *pag.* 180. et 186. vbi haec leguntur: *Bibliothecam vero, in Episcopalis Viridarii fundo eleganter constructam, selectissimis libris refertam, dote locupletatam, ad eruditionis ac pietatis praesidium a fundamentis excitavit, publicaeque donavit utilitati...* Novissime cet.

Ibid. lin. 10. *annotazioni* cet.) (in quibus thesaurus litteraturae Italicae occurrit) *e coll' appendice* cet.

Pag. 283. lin. ult. *sic concidisse.*) Refertur hic ipse Codex inter antiquissimos, uberius descriptus in *Nouueau Traité de Diplomatique, Paris.* 1750. *seq. in* 4 edito, et *Tomo* quidem III. prout indicatur ab auctoribus *der Göttingischen Anzeigen von gelehrten Sachen* 1770. *Part.* 50. pag. 428.

Pag. 285. lin. 20. *indicari solent*) Tomum tamen IV. omnino prostare, ex ipsius Auctoris Praefatione patet. Compendium exinde, quod ad scriptores Syriacos attinet, concinnauit AVGVST. FRID. PFEIFFERVS, et *Erlangae* a. 1776. *in* 8. *mai.* edidit IO. SIM. ASSEMANNS *orientalische Bibliothek, oder Nachrichten von Syrischen Schriftstellern.* Partes sunt II. quarum institutum admodum placuit litteraturae Syriacae studiosis. Multa memorabilia, et alibi vix obvia ad hunc locum exponit IACOB. IONAS BIOERNSTAEHLIVS in *den Briefen auf seinen ausländischen Reisen, Volum.* II. *Stralf.* 1778. *german.* in 8. *pag.* 45. *seq.*

Pag. 286. lin. 13. . . . celeberrimi, et olim Vaticanae cet.

Ibid. lin. 18. *recensuit*) Post hunc successor fuit DOMINICVS PASSIONEI, Pater purpuratus. Vid. hic plura in *Actis erudit. latinis* a. 1756. m. Febr. p. 964. cuius quoque Bibliothecam septem ac viginti nummis, quos Itali *scudi* vocant, coemit, annoque 1762.

Vati-

Vaticanae intulit Pontifex Clemens X II. Passioneum hoc in munere secutus est ALEXANDER ALBANI.

Ibid. lin. 21. Laur. Alex. Zacagnius, et qui munus illud ornavit nostra aetate, a. 1768. octuagenario maior mortuus Ioseph. Simon Assemanus. Cet.

Pag. 289 sub finem lin. 23.) et imprimis PETRVS LAZERI in *Praefat. Miscellaneorum ex Mstis libris Biblioth. Collegii Rom. S. I. Parti* I. *Romae* a. 1754. *in 8. mai.* editae praefixa, vbi historia brevis huius thesauri litterarii legi potest. Quaedam inde referuntur in *den zuverlässigen Nachrichten*, *Vol* XVIII *Part*. 215. p. 865. Altera Pars *a.* 1757. successit, nilque nisi Epistolas variorum continet. In Prolegomenis copiosis multa egregia et antea non cognita de Paulo Manutio, Dion. Lambino, Petro Morino, ac praecipue M. A. Mureto adferuntur.

. Pag. 290. lin. 29. *recentes.*) Vt igitur splendidior adparatus omnis esset, Pontifex Dominici Passionei Cardinalis insignem pretio copiaque Bibliothecam redemit, et illi curavit inferendam, quam Collegium Sapientiae iamiam possedit. Retulere hoc Tabulae publicae anno 1761. Alii contendunt, Ludovicum Comitem Passioneum hanc Bibliothecam patrui sui huic Collegio triginta millium scutatorum pretio vendidisse. Vid. *Fortgesezte neue genealog. historische Nachrichten*, Vol. II. pag. 804. Idem adfirmatur a WINKELMANNO a. 1763. Vid. eius *Briefe an seine Freunde in der Schweiz*, *pag.* 80.

Pag. 291. lin. 21. *accessione Cardinalis Casanatae.*) Is obiit a. 1700. et simul octuaginta millia aureorum Italicorum, cum ad locupletandam Bibliothecam, tum ad sustentandos Monachos doctrina insignes legavit. Anno 1761. *Romae* lucem adspexit *Bibliothecae Casanatensis Catalogus librorum typis impressorum*, quem Tomum I. formae maioris *anno* 1768.

alter ac *tertius anno* 1775. secuti sunt. Exspectandi sunt longe plures, si Opus ordine alphabetico compositum ad finem perducatur. Vid. *Göttingische Anzeig. von gel. Sachen*, 1776. Scid. XXII. *pag.* 172-175. et BIÖRNSTAEHLIVM *loc. cit.* pag. 54.

Pag. 292. lin. 10. *Collegii de propaganda fide.*) *Collegii Capranici*, quam conditor eiusdem, Dominicus Capranica, medio fere saeculo XV. reliquit, postea libris iuridicis praestantissimis amplificatam. Vid. IOECHERI *Lexic. eruditor. Tom.* I. *p.* 1652. *edit. nou.*

Pag. 294. lin. 25. *Barberinianae*) Eum Catalogum anno 1681. Tomis IV. in fol. excusum, Codicumque manuscriptorum novem circiter millia implentium divitem esse tradit BIOERNSTAEHLIVS loco cit. pag. 56.

Pag. 295. (sub finem §. XIX.) Haec Bibliotheca nuper sex ac decem aureorum millibus coemta, et *Angelicae* illata fuit teste BIOERNSTAEHLIO loco cit. pag. 55.

Ibid. ad §. XX. Conf. BIOERNSTAEHL. loc. cit. pag. 147. seq. ubi et adseritur, inaestimabilem Codicum scriptorum copiam ad sex millia Voluminum ascendere.

De Minozzi Bibliotheca Medicaea vid. *Thesaurus Biblioth.* Volum. IV. *pag.* 97. *seq.*

Pag. 298. lin. 10. *Nachr. v. Ital.* p. 348.) Auspiciis Leopoldi, Magni Ducis nunc regnantis, illata est insignis Bibliotheca *Gaddiana*, cuius conditor saeculo XVI. fuerat Nicolaus Gaddi. Emit eandem Franciscus I. Imperator Romanus a Monachis ad S. Crucem testamento iisdem relictam. Vid. celeb. IAGEMANNI *Magazin der Ital. Litteratur, Volum.* IV. pag. 87 — 93.

Ibid. lin. 25. *rarius accurrit liber*) quamquam recusus ibidem 1646. *in* 12. dicitur. Vid. CLEMENT *Biblioth. des liures difficiles à trouuer, Tom.* VIII. *pag.* 110.

Pag.

Pag. 299 lin. ult. *in votis habemus.*) Factum id nunc *Florentiae* a. 1757. *in folio* edito *Bibliothecae Mediceo-Laurentianae Catalogo* a BISCIONIO digesto, curante ANTON. PETRO. IVLIANELLO. Tom. I. in quo Codices Orientales recensentur, multis figuris aeneis superbit, praemissamque continet Bibliothecae huius Historiam. Tomus II. qui etiam in praefatione Historiam eiusdem exponit, sed minori diligentia, recensetur amplissime in GATTERERI *allgemeinen historischen Bibliothek*, *Part.* VII. pag. 129-156. Secutus is est *ibidem anno* 1764. studio ANGELI MARIAE BANDINII. Exhibet ille varia Opera Graecorum Patrum, et critice recensetur in den *Göttingisch. Anzeigen v. gel. Sachen*, 1765. *Scid.* CIII. *pag.* 826. Scriptores graeci profani novum implent Volumen, quod *a.* 1768. prodiit. Vid. idem *Diarium Göttingense* 1769. *pag.* 355. et laudati GATTERERI Opus citatum *Part.* XIII. *pag.* 109-124. ubi tamen sub finem descriptiones librorum ieiunae et varia nullius fere momenti interspersa reprehenduntur. Successit *ibidem anno* 1770. Volumen Codicum Graecorum postremum, de quo vid. dictum *Diarium Goettingense*, 1771. *Scid.* CXXXVI. *pag.* 1162. Id vero excepit Catalogus Codicum Latinorum *ibidem anno* 1774-1778. Tomis IV. (vid. *die Göttingisch. gel. Anzeigen*, 1779. *Scid.* XVII. *pag.* 135. tandemque anno 1778. Catalogus Codicum Italicorum una cum Indicibus locupletissimis finem imposuit conatui huic maxime laudando. Sic Opus hoc integrum IX. Tomis constat, quorum octo BANDINII debentur industriae.

Vt iis, qui sumtibus parcunt, consuleretur, adornata etiam Tomi I. est editio *in 8.* sed multa hic omissa sunt lectoribus grata futura v. gr. Praefatio, commentationes intermixtae cet. adeoque semper suum constabit pretium editioni maiori.

Caeterum conferendus hic erit celeb. BERNOVLLI in *Zufätzen zu den neueften Reifebefchreibungen von Italien*, *Tom.* I. *pag.* 221.

Pag. 300. lin. 13. *faeculo*) idque HEYNIVS propius fidem effe nuper adferuit in *Virgilio* fuo *Tom.* I. *pag.* 27. quamquam alii Criticorum eundem ad faeculum fecundum referre maluerint. Litteris ille cet.

Ibid. lin. 30. *litteris*) Romanis a PETRO cet.

Ibid. lin. 33. *de Mfto illo celeberrimo* itemque de Turcio Rufio Afterio Aproniano, qui anno Chr. 394. Confulatum geffit, et Codicem hunc poffedit, emendavit, atque diftinxit, verba facere — — — nondum liberavit.

Ibid. lin. ult. *Tom.* II. *p.* 254.) BERNOVLLIVS *Tom.* I. *pag.* 224. *der Zufätze zu den neueften Reifebefchreib. von Italien* memorat, Dominicum Seftini Florent. ante aliquot annos *in 4.* edidiffe Opufculum triginta paginarum de hoc Virgilii Codice.

Pag. 301. lin. 3.) *) Quod ad Tacitum pertinet, duo hic funt antiquiffimi Codices; quorum alter libros priores fex Annalium continet, alter libros reliquos et Annalium et Hiftoriarum. Ille fuit quondam Corbeienfis Monafterii in Weftphalia, repertus ab Angelo Arcemboldo, Quaeftore Leonis X. Pontificis Rom. et ad Leonem delatus, qui eum, quingentis aureis nummis emtum, Bibliothecae Florentinae intulit: alter Codex, Pichenae iudicio, anno Chr. 395. fcriptus eft. Quem tamen erroris coarguit fcriptura libri, quae Longobardica omnino: unde patet, tempore Longobardici in Italia Imperii e vetere Codice defcriptum eundem fuiffe. Vid. ERNESTI *Praefatio*, *Taciti Operibus anno 1752.* praemiffa, *pagina*, fi numeres, 5. *feq.*

Ibid. lin. *6. p. 368. n. 35.*) De Graecorum, SORANI et ORIBASII *chirurgicis libris*, a NICETA. Saeculo

XI.

XI. extremo vel XII. ineunte collectis, et *Florent. a.* 1754. *in fol.* ab ANTON. COCCHIO in lucem productis vid. *Acta erudit. latina*, *a.* 1756. *pag.* 15. seq.

Pag. 303. lin. 12. *iudicio praestantiores*) De celeberrimo Codice *Tacticornm* Bibliothecae Laurentianae BANDINIVS Florentiae 1766. *in* 8. erudita Epistola egit.

Pag. 305. lin. 7. *Ioh. Targionius*) Torrezzi. Eodem cet.

Ibid. lin. 14. Anno 1771. iussu publico haec Bibliotheca Magliabechiana coniuncta fuit cum Medicea, et *Palatina*, quae olim in Palatio Magni Ducis fuerat diuisa inter Mediceam et Magliabechianam, ita quidem, ut libri manuscripti in Mediceam, excusi autem in Magliabechianam perlati sint; vid. BIOERNSTAEHLIVS *loc. cit. pag.* 152. Atque sic utraque quinquaginta millia Voluminum excusorum, septem vero millia manuscriptorum complectitur. Longe auctiorem eam nunc dicit BIOERNSTAEHLIVS *loc.* cit. pag. 152.

Nec praetermitti debet Bibliotheca *Academica*, cui adparatum suum praestantissimum IO. LAMIVS reliquit, a. 1770. eidem illatum.

Ibid. lin. 29. *pertinet*) cuiusque Msta fere ducenta speciatim et per Indicem tantummodo, recensuit ANTON. PALLAVICINI in *Summa Biblioth. Mstorum Fesulanae* brevi plagularum 2. scripto, quod prodiit *Florentiae a.* 1752. in 8. maiori. Conf. *die Leipziger gel. Zeitungen*, 1753. *pag.* 65.) p. 429. cet.

Ibid. lin. 32. *Camalduensium*) lege potius Camaldulensium.

Pag. 306. sub finem lin. 2.) Conf. etiam *Acta erudit. latina* anni 1719. pag. 137.

Ibid. lin. 4. *Ricardiana*, cui ab a. 1732. praeest cet. Is in vivis esse desiit; edidit tamen a. 1756. *in fol.* Catalogum Codicum manuscriptorum, qui ex

duobus Voluminum millibus fere conſtant. Vid. BIOERNSTAEHL. *loc. citat. pag.* 154.

Ibid. lin. 7. *lucem. adſpexit*) et in eiusdem quoque *Memorabilibus Italorum*, *Tomi* II. *Partem* II. fere totam conficit; promittens ſimul cet.

Ibid. lin. 14. *ignoramus.*) Fidem poſtea liberavit laudatus LAMIVS, annoque 1756. *in fol.* edidit in *Portu Liburni* (*Liuorno*) *Catalogum Codicum manuſcriptorum, qui in Bibliotheca Riccardiana Florentiae adſervantur, in quo multa Opuſcula anecdota in lucem paſſim proferuntur, et plura ad Hiſtoriam litterariam locupletandam illuſtrandamque idonea, antea ignota exhibentur.* Videmus etiam exinde, Richardum Rom. Riccardium prima iecifſe huius Bibliothecae fundamenta, tum vero Franc. Riccardium, Conditoris neceſſarium inſigniter auxiſſe eandem Bibliotheca Vincentii Capponii Senatoris Florentini, cuius filiam unicam in matrimonio habuit. Conf. *Götting. gel. Anzeigen* a. 1758. p. 675. ſeq.

Ibid. lin. 17. *confirmatur.*) Vid. hic omnino *die zuverläſſig. Nachrichten*, *Part.* 180. pag. 1010.

Ibid. ſub finem §. XX.) De Mſtis Bibliothecarum Piſtorienſium FRANC. ANTON. ZACHARIAE Opus nunc exſtat, *Auguſtae Taurin. a.* 1752. *in fol.* ſplendidiſſime editum, hac quidem inſcriptione: *Bibliotheca Piſtorienſis, deſcripta inque duos libros diſtributa; quorum prior mſtos trium praecipuarumque Piſtorienſium Bibliothecarum Codices, poſterior Piſtorienſes ſcriptores complectitur, cum duplici appendice, una veterum, altera recentium, utraque ineditorum hactenus praeſtantiumque monumentorum.* Pars I. complectitur ſectiones tres, quarum *prior Epiſcopalis Tabularii*, altera *Collegii Canonicorum*, *tertia Bibliothecae Sapientiae Codices* exhibet. Vltima haec ſectio iam in *Parte* XXX. CALOGIERAE Operis, *Raccolta d' Opuſcoli ſcientifici e filologici* dicti, *artic.* 13. invenitur, hic vero auctior prodiit et emendatior.

datior. Conf. BAVMGARTENII *Nachrichten von merkwürdigen Büchern*, *Vol.* VI. *pag.* 240. *seq.* Add. *die Göttingisch. gel. Anzeigen* a. 1755. *Scid.* 146. *pag.* 1368. *seq.*

Pag. 309. lin. 3. *Ital. p.* 389.) et SCHLOEZERI *Briefwechsel*, (1777. *in* 8. *mai.*) *Part.* II. *pag.* 169. *seq.* In VOLKMANNI *histor. crit. Nachr. von Italien*, *Vol.* I. *pag.* 271. (edit. sec. a. 1777.) 40. millia Volumina librorum excusorum et quindecim millia mstorum numerantur. Conf. BIOERNSTAEHLIVS *loc. cit.* pag. 252.

Ibid. lin. antepenult. *descripsit Mabillonius*) Incipit saltim, teste Volkmanno a libro 6. usque ad 10. qui tamen libri ne quidem sunt integri. Praeterea monstratur vnicus forte in tota Europa Codex tantae aetatis, scriptus quippe charactere Estrangelo saeculo VII. qui magnam partem Veteris Testamenti sermone Syriaco exhibet. Pertinuit olim ad Monasterium quoddam Aegyptiacum, exteris tamen, ubi nunc servetur, non innotuit, nisi his proximis annis. Vid. SCHLOEZERVS *loc. cit.* Porro ibidem occurrunt *Egesippi* Mstum cet.

Pag. 311. lin. 7. *Bibliotheca differvit.*) Prima editio recensetur in saepe laudati IAGEMANNI *Magazin der Italiaen. Litteratur*, *Vol.* IV. *pag.* 357-362. simulque observatur exinde, anno 1609. quo dedicata solenniter fuerat, 30. millia librorum excusorum et 14. millia codicum scriptorum adfuisse, quae postrema cum itineribus eapropter institutis, et aedificio decies centena et 50. millia uncialium impensa steterunt. Hodie Voluminum excusorum 60. millia numerat VOLKMANNVS *Part.* I. *der histor. critisch. Nachr. von Italien*, *p.* 248. quod eo facilius credendum, quo magis ad veritatem accedit, inde ab a. 1609. ad tantam copiam excrevisse hunc thesaurum librarium.

Ibid.

Ibid. lin. 11 *edito p.* 85. *seq.*) itemque in LVNIGII *Orationib. Procerum et ad Proceres Europae*, Part. II. *pag.* 581. occurrit. BAILLET cet.

Pag. 313. ad finem §. XXI.) Bibliotheca copiosa et selecta Ferdinandi Austriaci, Ducis Mediolanensis, publica facta, et in Collegium sanctae Mariae Brerense (Collegio di Brera) translata est. Pertinebat olim ad *Pertusatum*, Comitem Praesidemque senatus. Vid. omnino BIOERNSTAEHLIVM *loc. cit. pag.* 255. et SCHLOEZERI *Briefwechsel*, *Part.* II. *pag.* 172. Ibidem *pag.* 168. de insigni Comitis *Caroli a Firmiano*, quem a. 1782. mors Principi suo eripuit, adparatu librario agitur. Eum autem iam 1775. ex triginta circiter millibus Voluminum eleganter compactorum constitisse observavit IOH. BERNOVLLI *in den Zusätzen zu den neuesten Reisebeschreibungen von Italien*, *Part.* I. pag. 83. Catalogo Bibliothecae Mediolanensis a. 1783. Voluminibus nouem in 4. maiori excuso, motus esse dicitur augustissimus Imperator Iosephus, ut eam emeret publicisque usibus dicaret. Conf. die *Götting. gelehrten Anzeigen*, a. 1784. Scid. CXLI. pag. 1414.

Ticinensi Universitati litterariae Maria Theresia, Augusta Françisci I. Rom. Imp. vidua, permagnam Voluminum lectissimorum copiam anno 1771. muneris loco transmisit. Annis subsequentibus admodum auctam Bibliothecam, delectuque librorum caeteras Italorum superare memorat BERNOVLLIVS *Volum.* II. *der Zusätze* cet. pag. 758.

Ibid. lin. 19. *triginta millium*) In vita tamen *Bessarionis* a BANDINI descripta, *Romaeque anno* 1777. edita, de quindecim saltem aureorum millibus dicitur, quibus omnes Codices manuscriptos olim comparaverit. Conf. hoc loco BIOERNSTAEHL. libro citato, *pag.* 210. ubi et de *Montfauconii* et *Maffeii* errore, quod

ad

ad chartam huius Codicis attinet, dicitur, qua de re ſtatim ſequentia agunt.

Ibid. lin. 30. *in 8. mai.*) pag. 101. ſeq. Ipſorum cet.

Pag. 315. lin. 5. *pag. 33*) Sed ſi vera ſunt, quae MONTFAVCONIVS loco mox indicando, ſibi dicta fuiſſe refert, ideo non ſine ſuſpicione litteratis Cimelia Bibliothecae oſtendi, quoniam Graecus quidam eiusdem Cuſtos venditionis variorum Codicum reus ſit factus, cauſa in promtu eſt, cur non plura adſint Opera manu exarata, excuſandusque videtur Senatus rel.

Pag. 317. lin. 12. *papyro Aegyptiacae*) MAFFEI in *Storia diplomatica* putat, hunc Marci Codicem ex charta bombycina conſtare. Ex quo adparet, quam incerta de eodem dicantur.

Ibid. lin. 23. *quaterniones*) (ſedecim folia) huius cet.

Ibid. lin. 25. *adſervantur.*) *Fragmentum* hoc *Pragenſe evangelii S. Marci*, *vulgo autographi*, edidit lectionesque variantes critice recenſuit *Ioſeph. Dobrowsky*; *Pragae et Dreſdae* 1778. *in* 4. *mai.* cum fig. aeneis. Laudatur hoc opuſculum in *den Götting. Anzeig. v. gel. Sachen*, 1779. *Stid.* LXXVI. *pag.* 616.

Pag. 318. ſub finem lin. 4.) Add. SCHOEPFLIN. *de Evangelii D. Marci Codice apud Venetos* (in *Act. Theodoro-Palatinae Academ. Vol.* III. 1773. pag. 316-332.) *die Göttingiſch. gel. Anzeigen*, 1775. *Part.* VII. *pag.* 52. et SCHOEPFLINI *Opuſcula oratoria*, in *vita Auctoris*, *pag.* 35. Caeterum non inutile fuerit, ſi ex laudatis Actis ſequentia ſubiunxerimus. Codex hic eſt membranaceus, litteris ſemiuncialibus ſcriptus duabus columnis. Scriptura adcurate convenit cum Pandectis Florentinis, et aliis antiquiſſimis codicibus, ad quos SCHOEPFLINVS prouocat. Iuſtus Fontanini ipſi adfirmavit, Fori Iulii exſtare adhuc totum

totum Evangeliſtarum Codicem, ex quo exſciſſum ſit E. P. M. particulam Venetam adſervari in forulo udo atque in pyxide pretioſa et inſignibus urbis Aquileiae diſtincta. Fragmentum iſtud tam eſſe putrefactum, obſervat, ut nullum folium commode ſeparari poſſit, interim contineri eo folia quadraginta. Multis ambagibus a. 1420. menſe Maio Venetias illud eſſe perlatum, quinquennio poſt expugnatum ab hac Republica Forum Iulium. Carolum IV. Imperatorem, integrum S. Marci evangelium in itinere ſuo Vtini reperiſſe, exinde deſumſiſſe poſtrema folia ſedecim, quae in pyxide magni pretii collocarit, et anno 1355. Pragam transmiſerit, ubi in Altari Eccleſiae Cathedralis illaeſa reperiantur. Sub finem notaſſe Carolum, quod S. Marcus ſua hunc codicem manu exarauerit. Caetera lectoribus inſpicienda relinquo.

In BIANCHINI Opere paulo ante laudato exſtat etiam *Part* II. *diſſ. epiſtol. ad Auctorem de Codice Evangeliario Foro-Iulienſi*, quod ſcriptum notis illuſtratum *Venet.* 1753. *in 4. pag.* 53. iterum prodiit.

Hiſtoriam *Venet. anno* 1774. *in 8. mai.* ſuccincte exhibuit IACOB. MORELLI in *diſſertazione ſtorica della pablica libreria di ſan Marco in Venezia*, ex quo Opuſculo epitomen fecit BERNOVLLI *Volum.* II. *pag.* 546-575. *der Zuſätze zu den neueſten Reiſebeſchreibungen.*

Ibid. lin. 16. *Tom.* I. p. 478.) Idem adcuratius et plenius fecit BERANDELLI a. 1770. in *Nuova Raccolta d' Opuſcoli ſcientifici e filologici*, *Tom.* XX, uti memoratur in *den Götting. Anzeig. v. gel. Sachen* 1771. *pag.* 36. *der Zugaben Scid.* V. Selectiſſimam, quam collegerat, Bibliothecam eidem reliquiſſe Apoſtolum Zenum a. 1750. exſtinctum, ex Diario Erlangenſi, *gelehrte Anmerkungen* inſcripto tradit DVNCKELIVS in *den Nachrichten von verſtorbenen Gelehrten*, *Volum.* I. *Part.* I. *pag.* 136. Conf. *die Götting. Anzeig. v. gel. Sachen*

Sachen 1759. *pag.* 1051. Quum vero cognatus quidam Zeni contenderet, non fatis Dominicanos conditionibus feciſſe, in teſtamenti tabulis praeſcriptis, lis orta eſt.

Ibid. lin. 24. *poſteritati legatae.*) Anno 1730. Petrum Catharinum Zenum pietatis declarandae cauſa ob recuperatam valetudinem maximam partem Bibliothecae ſibi cariſſimae huic intuliſſe Monaſterio, indicat *Giornale d' Letterati d' Italia*, *Tom.* XXXVIII. *Part.* II. *artic.* I. ubi Zeni elogium exſtat. Sed univerſa haec ſupellex incendio deleta a. 1769. m. Septembr.

Ibid. ſub finem §. XXII.) De MITARELLI *Bibliotheca Codicum Mſtorum Monaſterii S. Michaelis Venetorum prope Murianum*, *Venet.* 1779. *in fol.* nonnulla dicuntur in *den Götting. Anzeig. von gel. Sachen.* 1781. *Part.* XXIV. *pag.* 186.

Inter privatos eminet hodie ſupellex Codicum manu exaratorum, quos NANI fratres nobilesque Veneti congeſſere. Deſcriptio Graecorum exſpectatur a IO. ALOYSIO MINGARELLO, Canonico: Latinos vero Italosque iam a. 1776. binis Opuſculis *in* 4. *mai.* produxit *Iac. Morellius.* Vid. BERNOVLLIVS *loc. cit. pag.* 599. *ſequ.*

Pag. 319. lin. 24. *Tomo* II. *p.* 652.) BIOERNSTAEHLIVS *Volum.* II. *pag.* 205. *ſeiner Briefe auf Reiſen* ipſi tribuit duo et quinquaginta circiter millia Voluminum excuſorum, et trecentos Codices manuſcriptos. Bibliotheca *S. Auguſtini* cet.

Pag. 321. ſub finem §. XXIII.) Antiquiſſima eſt ibidem ea, quam habet *Eccleſia cathedralis.* Condita quippe iam a ſaeculo VIII. fuit in muro quodam, ac demum a MAFFEO detecta. Inter codices nongentos, quorum plures aetatem annorum mille ſuperant, maxime notari merentur *quatuor Evangeliſtae* VLPHI-

LAE

LAE Codici argenteo utique ſimiles. Conf. SCHLOEZERI *Briefwechſel*, 1777. *Part.* II. *pag.* 157.

In ſede Epiſcopali *Brixienſi* ANGELI MARIAE QVIRINI Cardinalis anno 1748. egregiam condidit Bibliothecam, libris primum inſtructam, quos Vaticanae olim donatos proprio recens aere redemerat, auctam deinde novis undique conquiſitis, ac tandem opportunis reditibus dotatam, eo quidem conſilio, ut publica eſſet perpetuo. Conf. ſupra dicta ad pag. 282.

Pag. 322. lin. 10. *adiunctum.*) Nunc exſpectatur hic ipſe liber in editione nova Operum Iſidori, a FRANC. ANTON. ZACCHARIA a. 1758. *Venet.* ſingulari Opuſculo *in 8.* promiſſa. *Inter* cet.

Pag. 324. ad finem §. XXIV.) Caeterum de bibliotheca academica, quae Auguſtae Taurinorum aſſeruatur, conferas SVLZERS *Reiſen*, *Bern und Winterthur*, 1780. *pag.* 203. ſeq.

Pag. 326. lin. 7. *manu exaratis.*) Praeclaram ſuam Bibliothecam a. 1508. teſtamento reliquiſſe huic Monaſterio *Ludouicum Bologninum* teſtatur PANZIROLVS *de clar. LL. Interpret. Lib.* II. *cap.* 130. *p. m.* 233. *edit. Hofmann.*

Ibid. *pag.* 509. *ſequ.*) FABRICII *Cod. pſeudepigraph. Vet. Teſtam. pag.* 1147. et BVDDEVS cet.

Ibid. ſub fin. lin. penult.) Noviſſime inſigniter eſſe amplificatam, illata eidem praecipue Bibliotheca Aldrovandina, legitur in *den Götting. gel. Anzeig.* a. 1758. *Scid.* 142. p. 1339. *Euſtach. Manfredi* Codices, quos reliquerat manu exaratos, dignos quoque memoratu cenſet IOH. BERNOVLLI *Tomo* I. *p.* 170. *der Zuſätze zu den neueſten Reiſebeſchr. v. Italien.* Vid. etiam BIOERNSTAEHL. *Volum.* II. *ſeiner ausländiſchen Reiſen, pag.* 186. *edit. german.* ubi adſerit, eam centum circiter Voluminum inſtructam eſſe millibus.

Pag.

Pag. 327. lin. 9.) e) Bibliotheca *Ecclesiae* et *Monasterii ad Rhenum* prope Bononiam de qua lege IOH. CHRYSOST. TROMBELLI *Historiam* huius *Monasterii. Bononiae*, 1752. *in* 4. *mai* cap. XXIV.

Ibid. lin. 13. *numero ereptus*) Successit ipsi Franc. Anton. Zacharia. Multis ea — — — et in *Bibl. Histor. Tom.* I. p. 531. Hanc Bibliothecam triginta plus minus Voluminum explere millia et manuscriptorum millia et quingenta, tradit VOLKMANNVS *Volum.* I. *pag.* 411. *der histor critisch. Nachr. v. Italien* edit. sec. Inter haec Novum Testamentum saeculo post Chr. N. primo, si credere fas est, exaratum, laudatur. Viri docti, Tiraboschi, Trocili et Gabardi Catalogo critico librorum omnium sunt occupati, typis posthac imprimendo.

Ibid. lin. 29. *l. c. p. 188.*) et *die Götting. Anzeig. v. gel. Sachen*, a. 1755. p. 1139.

Ibid. lin. ult. *princ.*) Anno 1769. Bibliotheca Academica liberalitate honestissimae foeminae ADELHEIDAE BONDINI quatuor Voluminum excusorum millia, totidemque manu tantum scriptorum nacta est, quae parens ipsius HVBERTVS BENIVOGLIENTI olim studiose collegerat.

Pag. 328. lin. 15. *T. III. p. 124.*) ex TEISSERII *Eloges des hommes sauans.*

Ibid. lin. 24. *Interpret. Iur. Tom.* III.) subiecta. Anno 1775. iam ad decem octoque millia excrevisse dicitur in BERNOVLLI *Zusätzen zu den neuesten Reisebeschreibungen von Italien. Tom.* I. *pag.* 313. Quatuor implet conclavia in aedibus observatorio astronomico dicatis, delectuque et ordine sese commendat.

Pag. 329. lin. 25. sub finem.) Interim anno circiter 1768. nova surrexit Bibliotheca *Ducalis*, quae Principe largiter sumtus porrigente, a Patre MARIA PACIAVDIO, Bibliothecario tam egregie fuit instructa cum Codicibus manu exaratis, tum libris excusis,

ut eorum numerus quinquaginta iam Voluminum millia intra quinquennii ſpatium impleverit. Pleraque dicuntur corio rubro Turcico elegantiſſime compacta. Haec inter et maximus librorum Hiſpanorum eorumque rariſſimorum cumulus exſtat, qualem vix ipſa Hiſpania oſtendere queat. Vid. SCHLOEZERI *Briefwechſel* Part. II. a. 1777. edita, *pag.* 162. Laudatus *Paciaudius* Parmae 1772. *in. 8.* deſcripſit erudite praeclariſſimum *Alcorani* Codicem ibidem obuium. Conf. IO. BERNOVLLI *Zuſätze zu den neueſten Reiſebeſchr. v. Italien*, *Tom.* I. *pag.* 129. *ſequ.* et VOLKMANNVS *Volum.* I. *der hiſtor. crit. Nachrichten von Italien*, *pag.* 380. edit. ſec. refert, bonam partem ex ſupellectile libraria Patrum S. I. acceſſiſſe.

Pag. 332. (ad Biblioth. *Vallettae.*) Eam nunc publicam eſſe cum ſupellectile Monaſterii ad aedem S. Philippi Neri coniunctam, et quindecim explere Voluminum millia, quae egregias Scriptorum veterum editiones, item Anglorum et Gallorum Opera complectatur, tradit VOLKMANNVS *Volum.* III. p. 108. *der Nachrichten von Italien.*

Ibid. lin. ult. poſſidet,) cuius libros, magna ex parte emendicatos Angelicus cet.

Pag. 333. ſub finem §. XXV.) Vrbi etiam St. Romuli (*St. Remo*) inſertum Collegium Societati Ieſu adſcriptum anno 1765. Epiſcopi Albintimiliani, *Giuſtiniani* beneficio bibliothecam eius inſignem cum annuis ad eam augendam ducentorum ſcutatorum reditibus accepit.

Auenione itidem, quae Gallica urbs ad Pontificem Romanum pertinet, fratrem Franc. Geneti, Epiſcopi Valionenſis, anno 1716. Patribus Dominici regulam ſequentibus bis mille Imperiales et decem millia Voluminum excuſorum reliquiſſe, memorat NICERONIVS *Part.* XI. *Vitarum*, pag. 413. *edit. Halenſ. german.*

De

De *Genuenſibus* Bibliothecis, quarum vix ulla apud hiſtoriae litterariae ſcriptores mentio facta eſt, non contemnendis, aliqua leguntur in BERNOVLLI *Zuſätzen zu den neueſten Reiſeb. von Italien, Volum.* II. pag. 788-794.

Pag. 334. lin. 18. *differens.*) Conf. *Biblioth. Italique, Tom.* VIII. *pag.* 10. in nota. *Pſalterium graecum* Vlphilae Codici ſimile eſſe, ſaeculoque ſeptimo, vel, ut alii, undecimo ſcriptum, refert BERNOVLLIVS *Volum.* VI. *pag.* 4. *ſeiner Reiſen.* Idem meminit Diſſertationis GESNERI eodem de Codice. Cuius tamen annum, quo prodierat, ſilentio praetermittit. Adſervatur etiam hoc loco Codex *Quinctiliani* praecipuus ex Abbatia St. Galli in turbis bellicis acquiſitus. Praeter libros manu exaratos viginti Voluminum excuſorum millia conſpiciuntur.

Pag. 335. lin. 20. *in 4.*) Ex *Memoires of* THOM. HOLLIS, *Lond.* 1780. *in* 4. *mai. pag.* 169. diſcimus, nobilem hunc Anglum huic Bibliothecae numeroſum adparatum ſcriptorum Anti-Ieſuiticorum, quae operoſe in Gallia conquiſiverat, dono dediſſe.

Pag. 336. lin. 18. *caet.*) Inter Codices manu exaratos ſervatur ibidem IOHANNIS VITODVRANI *Chronicon Helueticum*, idque autographum, quod cum ad Bibliothecam civitatis Vitoduranae merito pertinere diceretur, ideoque Turicenſes poſſeſſionis iniuſtae reos eſſe, ſingulari Epiſtola in *Muſeo Heluetico Partic.* XII. pag. 615-625. IACOB. BREITINGERVS evicit, nullo iure id obiici civibus ſuis. Nunc, praeter antiquitatis pretium, Codex hic nihil habet praecipui, poſtquam noviſſime in *Theſauro Scriptorum Hiſtoriae Helveticae* critica diligentia BODMERI excuſus eſt.

Pag. 338. lin. 14. Hanc Magiſtratus anno 1662. Academiae donavit. Hoc ſaeculo magna Codicum Orientalium copia anno 1705. coemta fuit ab haere-

 dibus

dibus Buxtorfianis eandemque Bibliothecam lautiſſimo munere ornavit Anton. Hoeggerus Liber Baro ac Dynaſta cet.

Ibid. lin. 30. *excellant.*) Memoranda et alia, quae mihi innotuerunt ex IOH. RVD. THVRNISII Orat. ſaeculari *de ſingularibus divinae providentiae beneficiis, quae experta eſt ſuperiori ſaeculo ſuo tertio Academia Baſileenſis*, edita *Baſil.* 1760. *in* 4. ubi haec *pag.* 58. leguntur verba: *Bibliothecam publicam eiusque Cimeliothecam locupletarunt praeter Magiſtratus magnifici per intervalla exhibitas liberalitates, donationes et legata* Rippeliana, Keſſleriana, Harderiana, Brunſchwileriana, Hagenbachiana, Sociniana, Iſeliana, Faeſchiana, *graviſſimorum Scholarcharum*, Herſiana, Leiſſleriana, Mulleriana, Ryhineriana, Hoeggeriana, Wettſteniana. Zaeſſliniana, Werenfelſiana, Arganakoſſiana, Burcardiana, Bernoulliana, Gregoriana, Palmyana, Paſſauantiana cet. noviſſimeque Ritterianum *legatum.* Quae omnia in IOH. IAC. SPRENGII Germanica huius Orationis interpretatione eodem anno excuſa *pag.* 93. *ſeq.* uberius recenſentur ac diſtinctius. Noviſſime acceſſit legatum Ioh. Ludov. Freyi, Profeſſoris theologi a. 1759. demortui, quod ex Bibliotheca ipſius octo millium prope Voluminum ad litteraturam potiſſimum Orientalem ſpectantium conſtare adſeritur in den *Leipzig. gel. Zeitung.* 1762. p. 795. Conf. *Nova Acta hiſt. eccleſ. Vinarienſia, Vol.* III. p. 697.

Pag. 340. lin. 16. *incrementa vero*) ſub ſaeculi XVI. exitum liberalitati cet.

Ibid. lin. 21. *voluntate ad*) eius parentem Renatum devoluta anno circiter 1628. per donationem publicis cet.

Ibid. lin. 27. *de Cuias.*) Anno priori (nempe 1655.) Bongarſius, una cum Petavio, Bibliothecam ſibi Petri Danielis comparaverat. Imo et variis Codicibus

ſuum

ſuum auxerat adparatum, dum Argentorati degeret. Abundat cet.

Ibid. lin. penult. *idiomate*) ſaeculo XIV. exarata — *Auctorum opera* perantiquae partim aetatis, quibus caet..

Pag. 341. lin. 12. *Codicum*) Inter Codices Manuſcriptos antiquiſſimus eſt *Galeni* liber V. ſaeculi, ut videtur, ſeptimi; *Clenodii* Grammatica in I. et II. artem Donati, eiusdem aetatis, ut alia taceam. Vid. BIOERNSTAEHL. *Briefe*, *Volum.* III. *pag.* 169. *ſeq. edit. german.* Ibidem legitur, Globum quendam, cuius paulo infra mentio facta eſt, Rothium ruſticum Heluetum confeciſſe.

Ibid. lin. 31. *aeſtimanda ſunt.*) Nonnemo etiam, qui nomen ſuum ignorari maluit quam detegi, inſignem librorum Anglicorum et pretio et raritate copiam liberaliter donavit, hisque adſcripſit anecdota vel nomina auctorum aliis ignotorum. Indicem eorum, ſpicilegii inſtar, *Catalogo librorum Bibliothecae Bernenſis*, *Bernae* 1761. ſubiunxit SINNERVS ſtatim iterum laudandus. Acceſſerunt cet.

Pag. 342. lin. 15. *artic.* 2.) p. 185. ſeq.

Ibid. lin. 16. l. c. *p.* 551.) Nunc I. R. SINNERVS, Bibliothecarius adornavit *Catalogum Mſtorum Bibliothecae Bernenſis adnotationibus illuſtratum*, cuius *Tomus* I. *Bernae* 1760. *in* 8. *mai.* cum Praefatione hiſtorica lectu digniſſima prodiit. Sed ingens mendorum typographicorum farrago non parum deformat librum. Spicilegium additum a. 1761. ut ſupra monueram. *Tomus II.* ſucceſſit *anno* 1770. Mſta hiſtorica continens, de quo fuſius agit *die Berliner allgem. deutſche Bibliothek*, *Volum.* XIX. *Part.* II. *pag.* 408 — 418. Mox prodiit *Tomus* III. nempe *a.* 1772. Tum ſecuti ſunt *Tomi alii II.* libros excuſos exhibentes, ni fallor.

Per breve temporis spatium publico huic sapientiae armamentario praefectus olim fuit Albertus Hallerus, patriae suae decus, qui libros et scriptos et excusos, itemque numismaticum adparatum novum redegit in ordinem, Indicesque confecit. Vid. BRVCKERI *Bildersaal heutiger berühmter Schriftsteller*, *Decade* IV. in vita Halleri. Tum Bibliothecarius primarius, cui permultum ornamenti debet Bibliotheca, fuit ante aliquot annos *Sam. Engelius* cet.

Ibid. lin. 29. *methodum licet.*) Habet porro Academia *Lausannensis* Bibliothecam suam, adhuc mediocrem quidem et recentiori aetate instrui coeptam, auctam tamen anno 1758. librario adparatu HYACINTHI BERND DE QVIROS Hispani, et Professoris antiquit. eccles. in hac Academia. Vid. *die Götting. Anzeig. von gel. Sachen*, a. 1759. p. 448. Eidem etiam illatam esse supellectilem LVDOV. *de* BOCHAT, antea Professoris Iur. et Historiarum, ab ipso donatam, docetur *ibidem pag.* 584. Anglus quidam illustris anno circiter 1770. adiecit libros Anglice scriptos, et magnifice compactos, quorum pretium ducentas libras Sterlingicas aequare dicitur. Nonnulla complectitur, quae manu sunt exarata, praecipue Acta concilii Basileensis, quae continuationem exhibent typis iam impressorum. Vid. BIOERNSTAEHLII *Briefe*, *Volum.* III. *Sect.* I. *pag.* 124. *edit. german.*

Ibid. lin. 30. *occurrit*) nunc triginta millia Voluminum excedens, de qua circa a. 1551. a Bonnivardio Priore ad St. Victorem condita IOH. cet.

Pag. 343. lin. 2. *a. 1725. in 8.*) Tom. I. p. 78. *seq.* pariterque cet.

Ibid. lin. 22. patere debeant.) Multum huius initio saeculi, ad eandem amplificandam tribuitur diligentiae Ioh. Roberti Choueti, Professoris primum, tandem Syndici et Scholarchae Geneuensis, in *Bibliothéque Italique*, *Tomo* XII. *art.* 5. ubi eius exstat Elogium.

gium. In BRVYSII *Memoires historiques*, *Paris.* 1752. Tomis II. in 12. varia etiam de eadem Bibliotheca legi, ab aliis relatum est.

Ibid. lin. 31. *imagines*) Anno 1748. testamento eidem reliquit Ioh. Iacob. Burlamaqui, Iuris Professor, multa praeclara picturae monumenta, rarissimosque ac pretiosissimos Bibliothecae suae libros. Vid. *Nouuelle Bibliothéque German. Tom.* VI. *Part.* II. *art.* 9. et vita eius *Iuris Naturalis elementis Geneuae* a. 1754. praefixa, circa finem. Eadem ratione a. 1752. accesserunt complures magni momenti libri ex Bibliotheca Gabrielis Crameri, Mathemat. ac Philos. Professoris. Vid. STRODMANNI *neues gelehrtes Europa*, *Part.* IV. *pag.* 983. Laudat quoque KEYSSLERVS privatam cet.

Pag. 344. lin. 2. *adornatas.*) Post mortem vero Lullini a. 1756. haec eius Bibliotheca benignitate pristini possessoris illata est publicae, separato tamen in loco collocata. *Anno* 1779. *in* 8. *Geneuae* lucem adspexit IOH. SENEBIERII *Catalogue raisonné des manuscripts conservés dans la Bibliothéque de la ville et republique Geneue*, de quo egregio libro vid. die *Götting. Anzeig. von gel. Sachen*, 1780. *Stid.* L. *pag.* 410. Eadem ratione Anglus, cuius paulo ante memini donavit Bibliothecam Geneuensem, ut Lausannensem.

Ibid. lin. 9. *p.* 612.) Alii eandem Gosberto, Abbati adscribunt, annumque originis 816. nominant. Postea quidem — fluctusque civiles atque incendia, non mediocre cet.

Pag. 345. lin. 13. *vetustissimi libri*) iique manu exarati; in hostium cet.

Ibid. lin. 17.) *Anecd. novissimi*) Libri vero typis impressi pace reddita restituti fuere pristinis possessoribus. PIVS KOLBIVS Catalogum msptorum omnium confecit, cuius editio optanda. Interim alius vir eruditus prelo paravit *eine besondere Nachricht von*

der St. Gallischen Kloster-Bibliothek, de quo instituto vid. *die Hamburg. Anzeigen und Urtheile von gelehrten Sachen*, a. 1750. Part. LXXXII. p. 669. seq.

Ibid. sub finem §. XXVI.) Conferatur de Bibliothecis Helvetorum publicis generatim FELICIS *a* BALTHASAR *Lettre à un Francois, contenant une Ebauche de la Suisse litteraire in Iournal Helvetique*, 1760. *m. Iulio*, quod scriptum separatim etiam prodiit, auctius nonnihil ab eodem Germanice redditum *Basileae* a. 176 . *in 8.*

Pag. 252. lin. 21. *pag. 271. seq.*) Conf. etiam CELSIVS in *Histor. Biblioth. Reg. Stockh.* pag. 102. et 106. seq.

Pag. 354. lin. 11. *eximiae raritatis.*) Coemta imprimis ab eodem Seefeldio pars maxima fuerat librariae supellectilis Meursianae. Vid. quae ex LAMII Praefat. in *Tom.* I. *Operum Ioh Meursii* referuntur in *den Götting. Anzeigen von gelehrten Sachen*, a. 1759. pag. 859. Eam igitur Bibliothecam Carolus Gustavus Rex cet.

Pag. 355. lin. 22. *Codicum scriptorum*) inter quos nulli Meursiani fuere, servabantur cet.

Pag. 357. lin. 30. *parant.*) *lege*: parabant. Res optatum ad exitum pervenit anno 1780. Ordines etiam auxere reditus, ex quibus locupletari Bibliotheca in dies possit. Tum BERCHIVS, Comes regni Antiquarius, et in Cancellaria regia Consiliarius trecenta fere historici potissimum argumenti volumina; *Wildius* item Bibliothecarius regius, mille circiter libros donarunt, quos inter varii, manu exarati, historiam patriam illustrant. Post mortem Olai Dalini — — — praefectus est huic supellectili *Andr. Wildius*, modo laudatus, CELSIVS autem eidem socius atque successor datus, at amplioribus postea honoribus, Historiographi scilicet Regni et Nobilitatis insignibus auctus, luci exponere vel noluit, vel ob alia negotia non potuit

tuit *Memorabilia Regiae Bibliothecae*, quarum in *Historia* eiusdem p. 43. spem fecerat. Iam nunc fefelisse harum rerum cupidos, aegre ferendum. Ipsi curanda in Bibliotheca successit *Carol. Christoph. Gioerwell*, a quo meritissimo de patriae suae Litteratura Viro *Holmiae a.* 1767. in 8. accepimns *Koenigl. Bibliothekets Tidninger om larda Saker*, quibus in schedis, Diarii modo singulis hebdomadis continuandis, agere constituerat de Bibliothecae Regiae historia, incrementis, Codicibus manu exaratis, libris rarioribus, aliisque rebus notatu dignissimis. Conf. *die Götting. Anzeig. von gel. Sachen*, a. 1768. p. 85. *seq.* ubi praeter monita modesta, Volumen I. Particulas quinque ac viginti continens memoratur. Quae autem fata deinceps contigerint huic conatui egregio, meam plane notitiam fugit.

Alias Bibliothecas nobiliores, *Regis* scilicet. *Viduae Regis*, Louisae Vlricae a. 1782. mortuae, ac litterarum amantissimae, nec non eam, quam habet *Academia Scientiarum* Holmiae, et hae licet dicantur conspicuae, silentio tamen praetermittam sufficienti destitutus earum notitia. Postrema in *Observatorio* collocata non parum recentiori tempore est locupletata. Partim enim Iac. ab Eggers, summus vigiliarum ac militiae Gedanensis praefectus insignem utique librorum optimorum copiam donavit, partim id factum est etiam a Carolo Alb. Rosenadlero, Secretario Status in rebus ad exteros pertinentibus. Is nimirum anno circiter 1767. totam suam, eamque magni momenti Bibliothecam Academiae Scientiarum donatione mortis causa consecravit.

Pag. 360. lin. 10. *allicit.*) Regina Vidua, laudata iam Louisa Vlrica et Rex hodie augustissimus, Regnique cum haeres, anno 1767. suam erga Musas Vpsalienses munificentiam testatam fecere. Illa septem ac decem Codices Arabicos ab HASSELQVISTIO

 in

in Oriente collectos, hic suppellectilis partem integram donavit, olim a Cronstedtio, regni senatore, de quo pag. 350. dixi, in amoenissimo prope Arosiam proedro olim adservatam. Complectitur eadem tria Voluminum millia, et scripta quidem rerum Suecicarum vel alibi, vel in ipso regno excusa, quae *Bibliothecae Sueogothicae* fundamentum esse queant. Emta fuerat ab Ordinibus splendidissimis a. 1756. eo quidem consilio, ut Regii tum Principis usibus inserviret.

Pag. 362. lin. 1. *ornamentum.*) Factum id omnino anno 1750. *Oxonii* in 4. quo loco Vlphilas viri huius industria lucem adspexit.

Ibid. lin. 10. *dubia.*) Nec tamen Vir doctissimus, quem ante quadriennium et quod excedit mors rapuit, spem esse irritam volebat. Anno enim 1755. Partem huius Dissertationis alteram exhibuit *in 4.* Imo iam *a. 1753. Vpsaliae* produxit *Glossarii Vlphilani* specimina tria. Vid. *die Götting. Anzeigen v. gel. Sachen*, a. 1754. *Part.* XXIV. pag. 205. et *Part.* LXXXII. p. 715. et 723. *Ibidem* a. 1754. *in 8.* accessit alia Dissert. de lingua Codicis argentei, quod Opusculum secuta sunt *a.* 1764. *in 4.* eiusdem Auctoris *Fragmenta versionis Vlphilanae.* Tandem *a. 1768. in 4.* prodierunt Dissertationes VII. quibus *Analecta Vlphilana* proferuntur. Prima in Dissert. Codex ille tam celebris descriptus est adcuratius. Constat scilicet ex foliis membranaceis centum et octoginta octo, iisque purpureis plerumque, quorum trecenta ac viginti, Opere adhuc integro, videntur exstitisse. Forma est quadripartita maior. Scripta haec *Ihriana* versionem Vlphilanam et linguam Moeso-Gothicam illustrantia, nec non HEVPELII Dissertationem iam olim laudatam celeb. BÜSCHINGIVS denuo fertur edidisse *a. 1774. in 4.* nondum enim hanc syllogen inspicere licuit.

Ibid.

Ibid. lin. 23. Aliquot ante annos IACOBVS IONAS BIOERNSTAEHLIVS Suecus doctiſſimus, cum Iter in Orientem ſuſcepiſſet, Perae prope Conſtantinopolim anno 1778. teſtamenti tabulis chartas librosque Orientales, quos collegerat ſollicite, Vpſalienſi Bibliothecae fideicommiſſi iure reliquit, ut ex *Epiſtolis* eius patet, *Volum.* III pag. 78. in Praefatione Editoris, ſecundum interpretationem germanicam. Iam eandem Bibliothecam ſexaginta et quod excedit librorum excuſorum millia, manuſcriptorum verò mille circiter Volumina complecti, adſerit *de la* PORTE, Abbas, in *den Reiſen eines Franzoſen*, *Part.* XXIII. *pag.* 170. editionis lingua noſtra vernacula paratae.

Ibid. ad lin. ult. Conf. *die Götting. Anzeig. v. gel. Sachen*, a. 1754. *Scid.* 470. ac de hoc argumento generatim Vtkaſtill beſkrifningen om Vpſala (*Sciagraphia deſcriptionis Vpſaliae*) *Part.* II. *Vpſal.* a. 1769. *in* 8. nitide typis impreſſa, quem librum indicat adductum modo Diarium Goettingenſe, a. 1773. *Scid.* 39. *pag.* 322.

Ibid. *conſecravit*) Nummophylacium Ehrenpreiſſianum, collectionem continens nummorum Suecicorum et numiſmatum, quae numerum duorum millium ac ſeptingentorum explent, ab Academia ſex Imperialium millibus emtum eſſe, poſtea legi. ZIERVOGELIVS, Pro-Bibliothecarius *Holmiae* 1752. *nummophylacium regiae academiae Vpſalienſis* edidit. *Pars* I. numiſmata familiarum Romanarum explanat. In praefatione hiſtoriam totius nummophylacii exponit.

Pag. 363. lin. 17. *l. c*) Anno, ni fallor, 1767. *Carolus Frid. Menander*, Procancellarius Vniverſitatis et Epiſcopus, ducentos ferme libros rariores, praeter ſexaginta Codices manu exaratos, ex adparatu ſuo, quem habebat copioſiſſimum, Academiae donavit, quod et factum eſt ab *Arkenholzio*, ſcriptore

ſatis

ſatis noto, quippe qui Anno 1777. Holmiae vivis ereptus libros praeſtantiſſimos a ſe ſtudioſe collectos eidem reliquit MEVSELIO teſte in *der hiſtoriſchen Litteratur*, anni 1781. *Part.* VII. *pag.* 91. Atque hac ratione anno 1779. decem circiter Voluminum explevit millia, ut legi in SCHLOEZERI *Briefwechſel*, *Part.* V. *pag.* 244.

Ibid. lin. 30. legatur nunc: a Rege Carolo XI. coemtam dono accepit. Triennio poſt Roſtii, artis medicae Doctoris, Bibliotheca vſibus academicis fuit deſtinata, hac tamen lege, ut a priori adparatu ſeparata locum ſuum obtineret.

Ibid. lin. 34. addatur etiam IOH. IAC. *von* DOEBELN *Regiae Acad. Lundenſis Hiſtoria*, pag. 26.

Pag. 364. lin. 19. *Bielkiana*) quam Carol. Iuſt. Bielkium ad Cameram ſtatum praeſidem, annuis multis ſumtibus augere ante hos triginta, et quod excedit annos memoravit CELSIVS in *Hiſtor. Bibl. Stockholm.* pag. 162.

Ibid. lin. 22. ad fin. §. XXVII.) De recentioribus quibusdam vid. GATTERERI *allgem. hiſtor. Bibliothek*, *Part.* VIII. *pag.* 265. *ſeq.* quo uſus opere generatim ſum in emendanda et augenda Bibliothecarum Suecicarum notitia.

Pag. 366. lin. 21. pervenerunt.) Auctus fuit iſte theſaurus anno 1764. variis Mſtis Orientalibus Alexandria advectis, uti teſtantur *die fortgeſezten neuen genealog. Nachrichten*, *Tom.* IV. *pag.* 827. itemque *die Hamburg. Nachrichten aus dem Reiche der Gelehrſamkeit*, anno 1764. *pag.* 612. ubi memoratur, numerum iſtorum Codicum conſtare ex centum et quinquaginta Voluminibus, atque inter iſta eminere exemplar Bibliorum mille circiter annorum prae ſe ferentium aetatem Ebraicorum in omni forte Europa vetuſtiſſimorum. Inter codices cet.

LAGERBRINGIVS in *Historia Statuum Europae*, a. 1775. Suecico sermone edita, *Parte* I. *in 8.* scribit, Bibliothecam Regiam sexaginta librorum excusorum millia tantum complecti. Vid. *die Götting. Anzeig. von gel. Sachen* a. 1779. *Part.* XVI. *pag.* 123. In HAVBERI contra *Beschreibung der Stadt Koppenhagen*, *pag.* 89. edit. secundae a. 1777. exhibitae, centum circiter Voluminum millia numerari adseritur, quod forte ad veritatem propius accedit. De variis Codicibus manuscriptis aevi quidem recentioris, partim tamen pretiose compactis, qui anno 1781. in arce regia casu fortuito reperti, et Bibliothecae huic illati sunt, vide *Kieltiches Litteratur - Iournal eodem anno*, *Part.* VIII. *pag.* 7-8. Anno etiam memorato, regia liberalitate accessit egregia collectio Dissertationum in Dania editarum, quam *Scherevinus*, a Consiliis ut vulgo dicitur Conferentiae, possederat, quaeque trecentorum Imperialium pretio emta fuit. Ex praestantissimo librorum, primo saeculo typographico excusorum, adparatu, qui hic obvius est, ERASMVS NIERVP *spicilegium bibliographicum* speciminibus tribus conatu laude dignissimo *Hafniae* 1783. *in 8.* exhibuit.

Pag. 367. lin. 18. *queant.*) Dignissima, quae his inserantur, videntur verba IO. CAROL FRIDER. GESNERI in *Narratione de statu praesenti rei litterariae in Dania*, *Hafniae* anno 1760. in 4. excusa, ubi sic pag. 42. loquitur vir doctus: *Hic thesaurus, quod dolendum est, occultus et absconditus fere latet, cum illustrem Moelmannum, cui Bibliothecae huius cura demandata est, multa et gravia negotia impediant, quo minus hanc supellectilem librariam cupientibus aperire et ostendere possit; neque inservit usui publico, cum neque certis et statutis horis pateat, neque libri ex illa commodentur litterarum amicis, quod ultimum facile quisque coniectura assequi poterit, cum pretiosissima ligatura superbiant, et mox tam splendidi*

didi apparere desinerent, si multorum manibus tererentur. Haec incommoda tamen leuantur Bibliotheca Vniversitatis, quae magna librorum copia abundat, quaeque singulis diebus per horas nonnullas patet cet. Conf. *Journal etranger* a. 1755. m. *Maio*, ubi exstat in *Recherches historiques descriptio* bibliothecae regiae Hafniensis, quae continuatur in *Part.* I. m. Iunii, e. a.

Praeter hanc Bibliothecam regiam extat quoque regia Bibliotheca particularis *Christiansburgi*, cuius Bibliothecarius praesenti tempore *Klopstockius* esse perhibetur. Continet hic adparatus, uti fama, retulit, multa recentiora inprimis Gallica et alia opera de rebus ad historiam statum Imperii pertinentibus, multas figuras aeri incisas, et *Resenii* Atlantem Daniae manu exaratum, quem nonnulli deperditum fuisse arbitrati sunt.

Ibid. lin. penult. *reposita*) cumque eo ipso a Christiano IV. rege condita, celebratur cet.

Pag. 370. lin. 22. dixeris) *) De hoc ipso Codice ADAMI HENRICI LACKMANNI, Professoris olim Kiloniensis lectu digna prostat Dissertatio edita *Kiliae* a. 1746. in 4.

Pag. 371. lin. 6. *potest.*) Nunc a. 1771. teste HAVBERO loc. cit. supra sex et triginta voluminum adsunt millia. Reditus annui ad eam augendam sunt sexcenti Thaleri.

Ibid. lin. 26. *illam*,) idem, vt Islandica ederentur, tredecim Thalerorum millia. Plerumque tamen Manuscripta Islandica *Magnaei* studio, maximisque sumtibus congesta in notissimo illo incendio perierunt. Tertia saltim pars ex testamento ipsius a. 1730. Bibliothecae academicae accessit, vt affirmatur in GATTERERI *historischen Journal*, Part. 9. pag. 266. ubi IOHANNEI *Historiae eccles. Islandiae* recensio finitur. Munificentia etiam Christiani VII. Danorum regis accesserunt *Io. Albert. Fabricii* Manuscripta

et

et editiones Auctorum classicorum, cum codicibus calamo exaratis collatae, vel emendatae, quorum omnium Index in *Catalogo Bibliothecae Fabricianae* sub finem *Partis* IV. itemque in *Bibliotheca Reimariana*, *Part.* II. *pag.* 195-240. occurrit.

Iam LAGERBRINGIO teste loco supra *pag.* 366. citato Bibliotheca academica duo ac triginta Voluminum excusorum millia, et codices manu exaratos mille ac sexcentos complectitur.

Pag. 372. lin. 6. *reliquit.*) Horum sexcenti sunt, illorum contra mille ac ducenti propemodum.

Ibid. lin. 8. *Professor.*) Asseruantur in hac Bibliotheca plurima Manuscripta antiquaria celeb. *Rosgaardii* una cum officina typographica Arabica, Manuscriptorum *Arnae Magnaei* et *Bartholini*, quibus accesserunt praeter Bibliothecam disputationum a *Lintrupio* Professore collectarum reditus ab eodem 6000. Thalerorum legati iure donati.

Ibid. lin. 9. *p.* 282. *seq.*) et HANS *de* HOFMANN *Samlingen of publique og priuate Stiftelser* caet. *Hafniae*, 1755. *in* 4. *Tomo* I. Collect. II. *p.* 257. vsque ad *p.* 280.

Pag. 374. lin. 4. *qui*) anno 1746. testamento cet.

Ibid. lin. 6. addatur: Constat haec ipsa Bibliotheca copiosis libris historico-politicis, cuius adparatus satis egregii maximam partem conficiunt libri ex Bibliotheca *Holbergiana* eidem illati, et collectio b. Goensii, legati Hagae-Comitum. Caeterum curam huius Bibliothecae administrat Professor Historiarum Hafniensis.

Ibid. lin. 18. de cuius) collectore IOH. GRAMMII.

Ibid. lin. 21. *adspexit*) itemque *Berckentiniana*, quae a pristino possessore *Berckentinio*, Comite intimo conferentiae in consilio Regio, nomine hoc exornata est, de qua tamen mihi relatum est, eandem a. 1760. publica auctionis lege esse diuenditam.

Ibid.

Ibid. lin. 27. pag. 380. Iam anno 1759. superavit ista Voluminum octuaginta millia, anno 1777. vero habuit centum millia et quod excedit. Vid. LAGERBRINGIVS loc. cit. Diem constituit summus collector, quo singulis hebdomadibus aditus ad eandem lustrandam cuilibet pateat, et potestas concedatur evoluendorum ipsorum librorum. Inter complura rariora plenissima etiam sylloge est omnium Dissertationum in Academiis Suecicis umquam habitarum, quam coemerat ab haeredibus *Hinstroemii*, Collegae quondam scholae Lundensis.

Ibid. lin. 31. admissionis.) (quae Bibliotheca nunc ab anno 1759. in arce eius Lethraburg exstat,) et Comes *Moltkius* Archimareschallus aulicus et intimus consiliarius conferentiarum, cuius supellex potissimum libris Historiam naturalem, Oeconomiam et Mathesin tractantibus ornata est, et in palatio eius Amaliaeburgi asseruatur.

Pag. 375. lin. 2. *est Korsiana*) simul una ex numerosissimis privatorum Bibliothecis merito dicenda. Vid. GESNERVS *de praesenti statu rei litterariae in Dania*, *pag.* 43. Praeterea ad bibliothecas illustriores Hafnienses referendae sunt potissimum Bibliothecae Societatis *ad promovenda studia agriculturae et rei naturalis* anno 1750. fundatae et societatis *ad promovenda studia Historiarum* fundatae, quae in Charlottenburgensi arce asservatur et scriptis Danicis et Norwagicis potioribus, quae potissimum historiam Daniae et Norwegiae concernunt constat. Incrementa huius Bibliothecae cepta sunt ex impensis propriis a membris huius societatis congestis. Custos et praefectus eiusdem est Iacobus Langebeckius Archivarius Regius, qui ipse elegantissimam Bibliothecam Manuscriptorum historiam Septentrionalem illustrantium possidet. Prodiit quoque Catalogus eiusdem sub titulo: *Det kongelige Danske seskabs begyndelse og Tilvext.*

vext i de 3. förste aar 1745. 1746. 1747. *Kiobenhaun*, 1748. 8. Continet, ut alia taceam memoratu digniora, instructionem principis reipublicae Venetae iam anno 1533. nitide satis in pergameno exaratam. Neque omittendae sunt Bibliothecae privatorum adhuc Hafniae exstantium, *Ottonis Thottii*, Consiliarii intimi Conferent. quae iam a. 1759. complectebatur octoginta et millia Voluminum, cuius supellectilis libri ad Historiam imprimis et Antiquitates spectant: et Terkelii *de Klevenfeld* historica, in qua occurrunt permulta Manuscripta ad Historiam Nobilitatis Danicae in forma foliopartita. Praeter alia in hoc ipso apparatu obvia deprehenditur *Ordonnance de Duc de Bourgogne* eleganter conscripta et accurata descriptio lapidum runicorum a Ioh. Meyero, agrimensore et Mathematico satis celebri tempore Regis Friderici III. delineata.

Ibid. lin. 10.) *Hauberi* Pastoris primarii eccles. german. Hafniensis, cuius supellex libraria perampla satis maxima ex parte ad Historiam spectat, in qua etiam permultae deprehenduntur mappae geographicae.

Ibid. sub finem §. XXVIII.) Neque silentio praetermittenda est egregia collectio editionum fere omnium Bibliorum sacrorum et Cantilenarum sacrarum, quae collectiones quondam ad bibliothecam *Josiae Lorckii*, Pastoris ecclesiae germanicae apud Christianshauienses pertinebant. Prioris collectionis catalogum ipse Possessor edidit sine titulo *Hafniae* 1773. in 8. mai. quam universam Dux Würtembergicus hodie regens in itinere litterario ab ipso coemit. Extra urbem Hafniensem praeter iam memoratas Bibliothecas quoque exstat in arce Lethraborg supellex libraria copiosa et egregia Comitis *de Lethraborg*, Consiliarii Consilii conferent. Hosatic. quae continet ultra septingentas editiones Bibliorum

ſacrorum et librorum ad cantum ſacrum ſpectantium, et praeterea permulta ſcripta ad hiſtoriam ſeptentrionalem eccleſiaſticam et civilem comprehendit. Occurrunt in eadem praeter alia editio Bibliorum Malabarica et protocollum autographum in pergameno in folio ſcriptum, in quo Acta foederis Hanſeatici in conuentibus Lubecenſibus ab a. 1361. usque ad a. 1403. deſcripta leguntur. Praeterea numerus mapparum geographicarum et imaginum aeri inciſarum, quae ibidem ſeruantur, ſatis eſt egregius, quarum dimidiam partem Comes laudatus in Saxonia ſuperiore ſibi cöemerat.

De recentioribus Hafnienſium Bibliothecis privatorum vid. Hauberus *loc. cit. pag.* 91.

Pag. 379. lin. 22. *pretioſiſſimus.*) item librorum ſacrorum veteris Teſtamenti Codex quem cum alio, in Bibliotheca Regia obuio uberius et ſatis diligenter deſcripſit THEOD. CHRIST. LILIENTHALIVS in *Commentatione critica exhibente notitiam duorum codicum Biblia hebraica continentium, qui Regiomonti aſſeruantur. Regiomonti et Lipſiae* 1770. 8. mai. ex quo libro nonnulla excerpſit de hoc ipſo codice memorato M. HERMANN. FRIDERIC. KOECHERVS in *noua Bibliotheca hebraica*, Part. II. pag. 30. *ſeq.* quae legi merentur.

Pag. 381. lin. 10. *Theologus.*) Haud ita pridem perfunctus eſt munere illo Chriſt. Henr. Guther, Conſiliarius aulicus ac Prof. Publ. qui anno 1755. humana reliquit. Fuſius caet.

Ibid. lin. 19. *memorantur.*) Integram laudatae Bibliothecae hiſtoriam GÜTTHERVS eſt meditatus, iamque maximam eius partem prelo exiiſſe refert STOSCHIVS in *dem neuen gelehrten Europa, Part.* X. *pag.* 25. Optandum, ut alius vir doctus abſoluendi laboris huius curam ſuſcipiat. Caeterum addi merentur, quae BAYERVS ſupra nominatus in *litteris ad*

I.

I. M. Gesnerum olim scripsit: *Vix credas*, inquit, quanti veterum *librorum in Prussia sint*. Loquitur autem de Bibliothecis Regiomontanis sigillatim. Vid. celeb. VHLII *Sylloge noua epistol. varii argumenti. Norimb.* 1758. *in 8. mai.* Lib. I. p. 13.

Pag. 382. *Gedanensium publica*) iam anno 1580. existente, postea locupletiori facta egit SAM. SCHELGVIGIVS — — — Gedani 1677. in 4. itemque EPHRAIM PRAETORIVS in *Athenis Gedanensibus*, *Lips.* 1713. in 8. p. 10. Videmus exinde, natales eandem habuisse Senatus ex instituto a. 1596. ansam suppeditante Bibliotheca Io. Bern. Bonifacii ab ipso donata. Post accessere legati titulo Adriani Engelkenii et Constant. Ferberi, virorum illustrium, quibus addi omnino debet, Daniel. Schlieffium, Consulem seniorem anno 1711. demortuum non solum nouos reditus et legata hinc inde ab aliis comparasse, sed ipsum quoque ducentos ac mille florenos Prussicos liberaliter dedisse, ut ex annuo huius summae foenore noui libri cöemi possent. Io. Ern. von Schmiden, Protoscholarcham anno 1707. vivis ereptum, Bibliothecam suam etiam legasse Senatoriae, ex *Actis Iubilaei secundi Gymnasii Gedanensis*, refertur in *novis Actis histor. ecclesiasticis Vinariensibus*, *Volum.* II. p. 354. Ibidem *pag.* 362. seq. plura incrementa occurrunt, inter quae cumprimis Ioh. Frid. Iacobsen, Patricii civis Bibliotheca integra laudari meretur, anno 1756. adiuncta. *Gymnasium Academicum* insignem accepit librorum thesaurum anno 1773. testamento relicta ipsi a *Mich. Christoph. Hanovio*, celeberrimo eius quondam Professore, Bibliotheca copiosissima, quatuor Voluminum millibus constante, una cum instrumentis physicis ac mathematicis, rerumque naturalium et arte factarum adparatu. Vid *Goetting gel. Anzeig.* a. 1774. *Scid.* 88. p. 760. Accessit anno 1777. pars Bibliothecae, quae ad rem nummariam perti-

 net,

net, et insignis numismatum collectio *Schwarzii*, Consulis legati titulo relicta, vna cum decem florenorum Gedanensium millibus tanquam symbola, vt aliquando libri omnes domicilio opportuno includi possint: item quatuor millibus ad augendam supellectilem numariam. Viginticirciter Voluminum millia anno 1780. expleuit tota Bibliotheca. Conf. IAC. BERNOVLLI *Reisen durch Brandenburg, Pommern, Preussen* caet. *Part* I. *Lips*. a. 1779. *in* 8. *pag*. 247-252. et in *emendationibus*, *Part*. II. *pag*. 230. a clar. LENGNICHIO subiunctis.

Pag. 38. lin. 16. *rei librariae amatores*.) Nunc quidem satisfactum his est quodammodo CHRISTIANI FRIDERICI MATTHAEI, Gymnasiorum Vniuers. Mosquensis Rectoris laudabili opera. Is enim *Moscuae* siue *Mosquae* edere coepit a. 1776. forma maxima: *Notitiam Codicum manuscriptorum Graecorum Bibliothecarum Mosquensium sanctissimae Synodi ecclesiae orthodoxae Graeco-Russicae, cum variis anecdotis, tabulis aeneis et indicibus locupletissimis*, Partis I. Sectio prior continet codices L. continuatio non secuta fuit.

Ibid. lin. antepenult. *p*. 25.) *Catalogum Bibliothecae Imperialis Petropolitanae ibid*. 1742. *Vol*. III. *in* 8. editum exhibet *Catalogus Bibliothecae Perardinae*, *Sedini*, 1756. *in* 8. excusus. Complectitur ille generatim 14187. libros typis impressos, ac trecentos fere Codices Mstos Russicos. Sed nunquam vsibus publicis venditus est, nec in ipso regno integer facile reperitur. Conf. BERNOVLLI *Reisen*, *Volum*. V. pag. 1-10. Copiosius postea de eadem actum est in IOH. BACMEISTERI *Essai sur la Bibliothéque et le Cabinet de curiosités et d'histoire naturelle de l' Acad. des Sciences de St. Petersbourg. Petrop*. 1776. 8. Interpretatio germanica secuta est *ibid*. 1777. in 8. Patet exinde, hoc ipso anno numerum 36000. Voluminum eam exple-

expleviſſe, et anno 1714. exſtructam eſſe ex libris in bello praeda acquiſitis.

Pag. 384. ad finem lin. 6. De Bibliotheca urbis *Rigenſis*, inde a quadraginta circiter annis non vulgariter locupletata IOH. FRIDER. WILLISCHIVS copioſius egit ibid. a. 1743. ſcripto quodam plagularum quinque in folio, cui titulus eſt, *Nachricht von der bisher unbekannt und verborgen geweſenen Bibliothek der Stadt Riga.*

Pag. 385. lin. 5. *Cracovienſis*) Bibliotheca Academiae *Cracovienſis* ſecundum Catalogum anno 1772. confectum poſſidet codicum manu exaratorum 4400. millia, praeter Ebraicos, qui nondum conſignari potuere. Vid. *Hamburg. Addreßcomtoir Nachrichten* a. 1780. *Stid.* XXVI. p. 206. *col.* 2.

Pag. 386. lin. 5. *annoque* 1747.) in palatio Danielovicenſi, propterea cöemto, una cum reditibus annuis rei dedicatam cet.

Ibid. lin. 9. *et ſtupendo*) ducentorum millium et quod excedit voluminum numero caet.

Ibid. lin. 15. *prodiit.*) Gradus tamen raritatis ridiculo fere modo indicantur. Paucas Germaniae Bibliothecas, excepta Vindobonenſi et Guelpherbytana, *Zaluskiae* pares eſſe, contendit MITZLERVS in der *Warſchauer Bibliothek*, Part. I. *pag.* 22. Legi etiam hoc loco merentur BERNOVLLII *Reiſen*, *Volum.* VI. *pag.* 147-166. Cura Bibliothecae huius demandata eſt Collegio maiori Societatis Ieſu Varſavienſi, ita quidem, ut quatuor eius lectiſſimi viri certatim hocce negotium agant. Vid. Inſcriptio publicae Bibliothecae Varſovienſis in *dem Neueſten aus der anmuthigen Gelehrſamkeit*, a. 1761. m. *Decembr.* *pag.* 913. *ſequ.* Poſt eidem Societati cum omni aedificio et aliis ad Bibliothecam pertinentibus dicata fuit in perpetuum.

Pag. 387. *lin.* 14. poſt verba anno 1752. lege ita: Dreſdae in 4. *mai.* Sumtibus Principis et Epiſcopi Zaluſcii *Specimen Catalogi codicum manuſcriptorum Bibliothecae Zaluſcianae* excuſum eſt, de quo uberius diſſeritur in MIZLERI *Warſchauer Bibliothek, Part.* I. p. 13. *ſeq.* Quingenti hic recenſentur Codices variae formae, et variarum linguarum, inter quos multi inſignis pretii. Dolendum tamen, Catalogum iſtum ob cauſam ſupra allatam, non proſtare in tabernis librariis, ſed ſola liberalitate reverendiſſimi Epiſcopi in manibus eſſe quorundam eruditorum, quo ex fonte ad meas pariter Muſas qualescunque defluxit a. 1757. Conf. die *Leipz. gel. Zeitung* a. 1752. p. 304. Idem antea novimus ex iisdem ſchedis a. 1747. cet.

Pag. 388. lin. 18. *cultoribus.*) *Mitaviae*, ſede Curlandorum Ducis, Bibliotheca illuſtris Gymnaſii a. 1774. conditi excellit, operibus iam pretioſis inſtructa. Nonnihil de eadem narratur in BERNOVLLII *Reiſen, Part.* III *pag* 241.

Ibid. lin. 24. *p. 294.*) Anno 1774. Vilimus, Epiſcopus *Poſonii* in Palatio ſuo Bibliothecam a ſe collectam, et duodecim Voluminum millibus inſtructam publicis uſibus dedicavit, ſuprema eiusdem cura Ioſepho Kollero demandata. Proſpexit etiam de annuis reditibus, vt ſemper maiora capere incrementa poſſit hocce litterarum ornamentum.

Pag. 389. lin. 2. *Bibliothecam* a. 1689. flammis caet.

Lin. 3. ibid. *monuimus,*) quae conditorem Ioh. Honterum Mathematicum ac Theologum ſeculi XVI clariſſimum habuerat.

Ibid. lin. 8. in fine.) Conf. *Zwittingeri Specim. Hungariae litterar.* p. 180. ac FRID. BOLTZII Diſſ. *de cauſis iacturae rei litterariae*, Praeſide *Bergero* Viteb. a. 1717. detenſa p. 18.

Ibid.

Ibid. in argumento capiti quarto praefixo suis locis ordine alphabetico inseras Bibliothecas *Altonaviensem* §. I. *Camentinam* §. V. *Grimmensem* §. X. *Schneebergensem* §. XIX. et *Wernigerodanam* §. XXIII. quarum omnium ac singularum et plurium notitia his in supplementis exhibetur.

Pag. 390. ad finem lin. ult.) *Altonaviensis* Gymnasii supellex libraria aliquot annis ante Ioh. Petri Kohlii obitum, qui contigit a. 1778. certis conditionibus nacta est collectum ab ipso librorum adparatum. De Bibliotheca vero huius Gymnasii *ibidem* a. 1772. iam PAVL. CHRISTOPH. HENRICI edidit narrationem in 4.

Pag. 391. lin. 5. *p. 91. seq.* quibus addenda est CHRIST. GOTTLIEBII *a* MVRR *Beschreibung der vornehmsten Merkwürdigkeiten der Reichsstadt Nürnberg und der hohen Schule zu Altorf, Norimb.* 1778. in 8.

Ibid. lin. 23. *donatis*) Iacobi Fetzeri, ICti, teste WILLIO *im Nürnbergischen Gelehrten-Lexico, Part. I. pag.* 430.

Ibid. lin. antepenult. *varii generis*,) praeter eos, qui in officina Tauberiana prodierant, eidem intulit.

Ibid. lin. ult. *pag.* 50.) et WILLII *Nürnberg Gelehrten-Lexicon, Part.* III. p. 403. Novissime Paul. Iacob. Marpergerus, ICtus Norimbergensis, conspicuam pecuniae summam donavit, ex cuius annuis fructibus iam varia nobilissima opera coemta fuere. Docet hoc celeb. WILLIVS *loc. cit.* Part. II. *pag.* 584. Post obitum CHRISTOPH. IACOB. TREW, accessit a. 1770. insignis eius Bibliotheca medica, philosophica et miscellanea, quatuor ac viginti Voluminum millia continens, iam a. 1768. vna cum Physiotameo suo liberaliter donata. Vid. *Goetting. Anzeig. v. gel. Sachen*, 1769. p. 528. Summa etiam sex milium florenorum addita est, quorum fructus an-

nui augendae Bibliothecae imprimis destinatae sunt. Conf. ad ea uberius cognoscenda WILLII *Sammlung aller Handlungen und Schriften*, *welche zum hochverdienten Andenken und Gedächtniß* — D. Christ. Iac. Trew, *wegen der von ihm der Universität zu Altorf gemachten Schenckung* caet. *zum Vorschein gekommen sind*, *Altorf*, 1770. in *fol.* plag. 12. item *das litterarische Wochenblatt*, *Nürnberg* 1769. in 8. *mai.* Tom. I. *pag.* 17. *sequ.*

Pag. 393. lin. 27. in fine.) Nova quaedam hic addenda sunt, quae obseruavi in clarissimi BREHMII *Alterthümer*, *Geschichte und neuer Statistik der hohen Schulen*, *Volum.* I. *pag.* 326. *seq.* Id exinde notasse sufficiat, Carolum sextum Imperatorem permisisse, ut praesens Bibliotheca instrueretur, sed ipsa haec res imperante demum Maria Theresia, promotore vero Comite a Chotek ad exitum fuit ducta a. 1745. Adparatu librorum ex arce Ambrasensi in novum hoc Musarum domicilium avecto. LAMBECIO teste, librorum eorum et quidem excusorum quinque millia et octingenta Volumina, manu autem scriptorum sexcenta fere. Ex ea copia 1489. Volumina, et omnes codices in Bibliothecam Caesaream Vindobonensem aetate Lambecii peruenerunt. Ante accessionem *Ambrasianae* iam Oeniponti fuerant Volumina 3418. quae coniuncta, septem millia et octingenta circiter Voluminum expleuerunt. Et quae deinde munificentia Caesarea accreuerunt egregie, adeo ut generatim adessent 12262. Volumina. Anno deinde 1779. ordine Societatis Iesu sublato, Patrum ex hac societate Bibliothecam, quam Halae Tyrolensis possederant, Oenipontana itidem accepit. Quae nova incrementa 6652. volumina continere dicuntur. Iam vero si omnes donationes et alia lucra, in rationes referantur, totus librorum adparatus 40000. Voluminum facile explebit. Denique non silenda est Bibliotheca *Brixnensis*, quae Oenipontanae accessit.

Rosch-

Roschmannus, olim Bibliothecarius, egregie de hoc ipso thesauro litterario promeritus est, uti et alii eius successores.

Idem BREHMIVS loc. cit. *pag.* 336. *seq.* de variis Bibliothecis Oenipontanis, quas collegerant viri alii illustres, paucis egit.

Pag. 394. lin. 26.) *Argentoratensium*) (quorum urbs olim ad Germaniam pertinuit).

Pag. 395. lin. 22. *Sueciae Mineruam.*) Eidem praefecti sunt laudatus Lorenzius, iam Theologiae et Historiarum Professor, et quem Collegam habuit in ordine Philosophorum, Ioh. Iac. Oberlinus. Anni 1765. initio IOH. DANIEL SCHOEPFLINVS, vir celeberrimus, qui anno 1771. m. Augusto ad coelites transiit amplissimam suam et admodum pretiosam Bibliothecam cum libris manu exaratis, numismatum adparatu, et supellectile omnis generis antiquaria quam OBERLINVS *Argent.* 1770. *in* 4. descripsit, vrbi Argentoratensi et Academiae donavit, recepto annuo propterea salario, quae iuxta vetustiorem Bibliothecam collocata est in conclavi, eius adseruandae caussa exstructo. Ex Oratione laudati *Lorenzii* Prof. Eloqu. et Histor. anno 1772. habita, neque tamen edita, in SCHLOEZERI *Briefwechsel meist statistischen Inhalts*, *pag.* 113. *seq.* multa proferuntur hac de Bibliotheca eiusque cimeliis. *Academicae*, inquit Auctor, *Bibliothecae facies, quae obscuris ante cancellis et veluti antris suis erat inclusa, sic hoc uno decennio iam est protracta in lucem, sic immutata, sic novis aedificiis, sic reditibus, quos nunquam noverat, sic pretiosissimis opum accessionibus exornata, ut, qui praeterita meminerunt, praesentia vident, fateri cogantur omnes, intra decem hos annos plus eam ornamenti, plus splendoris eam tulisse, quam iunctis retro temporibus umquam tulerat* caet. Tum pag. 116-122. recensentur ea, quae in orbe litterario *una* et *sola* tenet haec Bibliotheca, ea, quae et

 alibi

alibi occurrunt, nec *pari* tamen *dignitate* ac *decore*, quam in eadem; ea tandem, quae in pluribus quidem Bibliothecis adſervantur, ſed inter Volumina rariora merito referri ſolent. Indicavi fontem, ex quo harum rerum cupidi haurire poſſint.

Pag. 396. lin. 4. *p. 530*) Add. IOH. IACOB. WITTERI *Catalogus Codicum Mſtorum in Bibliotheca S. Ordinis Hieroſolymitani Argentorati adſeruatorum*, ibidem 1746. *in folio.* Vid. *Catalogus Bibliothec. Frid. Otton. Menckenii*, *Part.* III. p. 173.

Pag. 397. lin. 17. ad finem) Tertio nunc loco collocanda et addenda eſt *Bibliotheca ſcholaſtica*, de qua vero nihil mihi innotuit, praeter IOH. GOTTLIEB. LINDNERI *kurze Nachrichten, von einigen ſeltenen Büchern der Arnſtädtiſchen Schul-Bibliothek.* Arnſtadii 1771.

Pag. ead. lin. 21. *litterar.*) Librorum vero excuſorum eorumque pretioſorum copia non admodum hanc ipſam eſſe inſtructam, teſte viro litteratiſſimo, qui ibidem vitam cum laude egerat, adfirmare hic et monere licebit.

Ibid. lin. 24. *florenos*) aureos quinquaginta caet.

Pag. 399. lin. 1. *fine*) atque in *Vita Ehingeri*, p. 55. ſeq.

Ibid. lin. 10. *rariſſimum eſt*) (centies quippe dicitur exſcriptus tantum) quod caet.

Ibid. lin. 19. ad finem.) His vero hodie plane mutatis, diſturbatum eſt non parum Auctoris inſtitutum. Quumque plurima minoris molis ſcripta, ex antiqua conſuetudine, vnus comprehendat faſciculus, facile poteſt coniici, adcuratum ordinem litterarium obſervari non potuiſſe. Acceſſit quidem ampliſſimus Index et perdiligenter elaboratus, in quo tamen non gentilitia nomina, ſed ſcriptorum praenomina ſaltim, diſpoſita ordine ſunt alphabetico, quod inquirentibus vtique moleſtiſſimum eſt. Vid. BRV-

CKERVS

CKERVS *loc. cit.* p. 119. Graecorum Mſtorum Index caet.

Pag. 401. lin. 22. *non licuit.*) Adcuratam ſcholae et Bibliothecae Auguſtanae hiſtoriam fruſtra nos exſpectare iuſſit Philipp. Iacob. Crophius, illius Rector, huius Bibliothecarius olim. Vid. BRVCKERI *Vita Ehingeri*, p. 47. et *eiusdem Vita Crophii*, in *Miſcellan. hiſtor. philoſ. litterar. et critic.* Nunc vero *a. 1775.* plag. $2\frac{1}{2}$ *in fol. Auguſtae Vindelic.* cum viris eruditis communicavit HIERON. ANDR. MERTENS de *Bibliothecae Auguſtanae Cimeliis* diatriben I. in qua ſpicilegium egregium inſtituit, ab anteceſſoribus ſibi relictum. Succeſſit a. 1776. Diatribe II. tot plagularum Idem vir doctus legi meretur in Programm. I. *über die Augsburgiſche Stadt-Bibliothek*, ibid. 1783. *in 4.*

Pag. 403. lin. 11. in fine.) Nunc merito addi debet IOH. FRID. AVG. KINDERLINGII *de Bibliotheca Coenobii Bergenſis* narratio hiſtorico-litteraria, Magdeb. 1774. 4. de qua vid. *die Leipz. gel. Zeitungen* a. 1775. p. 283. Antiquior quippe partim incendiis; partim et Praefectorum negligentia, partim quoque turbis bellicis anno 1550. et 1621. graviſſimam iacturam fecerat. Poſt bellum tricennale inſigni opera reſtituta fuit, et recentiori aetate *Steinmetzius* Abbas eam non ſolum publica locupletavit pecunia, ſed ſua etiam ſupellectile magni momenti ſplendidiorem reddidit. Iam numerus librorum novem prope millia excedit. Manu exarati Codices deſiderantur quidem et rariores typis impreſſi eo maiori adſunt copia. In ordinem ſane probabilem totum adparatum redegit Auctor huius narrationis.

Ibid. lin. 13. *Regia*) quae optimo iure caet.

Pag. 404, lin. 7. *emtis*:) ex quibus tria *Κειμήλια Aethiopica* ſingulari libello *Erlangae* 1752. *in 8.* edito deſcripſit b. IO. DIETERIC. WINCKLERVS.

Pag.

Pag. 405. lin. 19. *aureis distinctum*) quorum codicum Ebraicorum veteris Testamenti PAVL. ERNEST. IABLONSKIVS in *praefatione editioni* suae *Bibliorum hebraic.* de a. 1699. praemissa plenam et adcuratam notitiam dedit. Plura de codicibus hebraicis in hac Bibliotheca asseruatis monuit IO. CHRISTOPH. WOLFIVS in *Bibliotheca hebr. Tom.* II. pag. 304. seq.

Ibid. lin. ult. *typis impressum*) quam editionem Bibliorum hebraicorum. venerandae antiquitatis monumentum nostra aetate BENIAMIN WILHELM. DANIEL SCHVLZIVS in suo libro elegantissimo, qui inscribitur, *Vollständigere Kritik über die gewöhnlichen Ausgaben der hebr. Bibel, nebst einer vollständigen Nachricht von der hebräischen Bibel, welche Luther bey seiner Uebersetzung gebraucht hat*, cuius libri recensionem doctissimam dedit IOH. AVGVST. ERNESTIVS *Biblioth. nou. theolog. nou. Tom.* VII. *Part.* II. pag. 112. 127. de quo etiam nonnulla obseruavit KOECHERVS in *nova Bibliotheca hebraic. Part.* II. *pag.* 62.

Pag. 407. lin. 11. *Hendreich*;) Laur. Begerus, eius ex sorore nepos, Ioh. Carol. Schottus, Conr. caet.

Ibid. lin. 15. *Professori*) qui a. 1758. grandaevus admodum e vita abiit. Sequentia verba: *Inter — successit* deleantur.

Ibid. lin. 19. *constat.*) Legi hac de re merentur, quae OELRICHIVS in doctissimo libello paulo infra memorando *pag.* 146. produxit.

Pag. 408. lin. 24.) *vir*) qui ipse possidet adparatum librorum cum delectu tum numero eximium.

Pag. 410. sub finem §. III.) Interim de praecipuis legatur generatim *Friedericus Nicolai*, typographus doctus, in *der Beschreibung der königlichen Residenz-Stadt Berlin und Potsdam*, *Parte altera pag.* 551. seq. item

item KVESTERI *altes und neues Berlin*, *Sect.* III. ibid. 1756. *fol.*

Bipontina) Bibliotheca ducalis, quae adhuc exstat, post prioris fata tristia, de quibus breviter actum fuit supra Cap. II. §. 19., in fine, ortum suum debet Carolo Principi. Exspectatur eius, inde ab anno 1758. historia succincta, quam quippe publicae luci exponere promisit vir clarissimus GE. CHRIST. CROLLIVS.

Abbatia *St. Blasii*, Ordini Benedictinorum adscripta, et in Briscovia sita, Bibliothecam habuit insignem decies centenorum millium florenorum pretio aestimatam, quae tamen una cum aedibus omnibus splendide exstructis et regali fere magnificentia, anno 1768. mense Iulio repentino deleta incendio pene omnis fuit.

Pag. 420. lin. 13. *p. 186. seq.*) IOH. CHRISTOPH. HARENBERGII *Beschreibung der Ministerial - Bibliothec zu Braunschweig in den Altonaischen gelehrt. Zeitungen*, a. 1746. p. 37. seq. Illustris *Collegii Carolini* Bibliotheca exstructa est anno circiter 1746. ex supellectile Antonii Vlrici, Ducis Brunsuicensis, antea in splendidissimo palatio Salzdahlensi servata. Tum quinque millia et amplius Volumina ex Bibliotheca Blankenburgensi accessere, ne quid de iis dicam, quibus augetur quotannis, et ornatior redditur.

Ibid. lin. 31. *sermone*) et auctore quidem KNOCHIO, Sacerdote aulico apud Brunovicenses, ita quidem, vt partes decem *in 8.* usque ad annum 1754. prelo exierint.

Pag. 421. lin. 2. *amor*) itemque *die Braunschweigisch. Anzeigen*, 1752. p. 721. Ipsa nunc suppellex haec biblica anno 1764. viva adhuc Domina, accessit Ducali Bibliothecae Guelpherbytanae, in singulari conclavi reposita, ei Inscriptione latina commendata posteritati.

Ibid.

Ibid. lin. 4. pro *Mattigium* lege Maettigium.

Ibid. ſub finem §. IV.) Conf. IO. GOTTLIEB. BIDERMANNI *Acta Scholaſtica*, *Volum.* II. p. 550. *in fine.*

Buetzovienſis Vniverſitatis Bibliotheca inde ab anno 1772. ibidem exſtat. Incunabula ſua debet Ioh. Albrechto, Duci Megapolitano, qui a. 1652. viduae Bibliopolae cuiuſdam. Francofurti ad Moenum librorum Italicorum et aliorum exoticorum ſupellectilem omnem emtionis iure comparavit. Ciſtae tamen nonnullae in Albi perierunt. Chriſtianus Ludovicus ſaeculo XVII. complura Opera et inſtrumenta in Belgio et Gallia redemta adiunxit. Anno 1711. ex palatio Suerienſi tranſiit Bibliotheca haec in Cancellariam Iuſtitiae, inde vero Buetzovium, cum acceſſione multorum Voluminum ex privata Friderici Ducis ſupellectile. Continet nunc duodecim et quod excedit librornm millia. Nec deſtituitur plane Operibus manu exaratis et primo ſaeculo typographico editis, Vid. THOM. NVGENT *Reiſen durch Deutſchland und beſonders durch Mecklenburg*, *Berol.* 1780. *pag.* 150.

Ibid. ante initium §. V.) De Bibliotheca ſcholaſtica, quae *Camentiae* in Luſatia ſuperiori adſervatur, IO. FRID. VOIGTIVS *ibid. a,* 1754. Programma edidit, de quo vid. BIDERMANNI *Altes und Neues von Schulſachen*, *Part.* VIII. *pag.* 196. *ſeq.* Inſtaurata fuit anno 1666. decreto Senatus, ac decennio poſt emta Andr. Molleri, a quo Chronicon Freibergenſe habemus, Bibliotheca nongentorum circiter Voluminum incrementum haud leve cepit. Promiſſa eſt a VOIGTIO argumenti huius continuatio, quae vero an ſecuta ſit, mihi ignotum eſt.

Carolsru enſi Bibliothecae publicae ſuam intulit, multa hiſtoriae naturalis et oeconomiae opera continentem Marchio-Badenſis Dux, Carolus Fridericus.

La

Ea exſtat in palatio aulico. Omnis adparatus viginti circiter quatuorque millia continet, inter quae ducenti Codices manuſcripti ex *Io. Reuchlini* potiſſimum ſupellectile. Horum in numero eſt egregius bibliorum hebraicorum Codex *Reuchlino* quondam ab Imp. Maximiliano donatus, de quo uberius commentati ſunt IO. HENRIC. MAIVS in *vita Io. Reuchlini* pag. 530. et IO. CHRISTOPH. WOLFIVS *Bibliothec. hebr. Tom.* II. *pag.* 295. quibus addantur, quae KOECHERVS *nou. Bibliothec. hebr. pag.* 23. 32. obſervavit.

Ibid. lin. 18. *memoriae coeptam.*) Novimus, iam ſaeculo XVI. anno circiter 1580. Guilielmum IV. multos coemiſſe libros, eoque in negotio ſaepius uſum fuiſſe Franc. Hotomanni Icti opera. Vid. *Epiſtolas Hotomannorum* a MECLIO editas *pag.* 121. et 122. 137. et 147. Et hunc quidem principem doctum fundamenta tunc Bibliothecae aulicae iecisse, adducta illa loca dubitare non ſinunt.

Ibid. lin. 32. *p. 3.*) Extitit olim in Bibliotheca Heidelbergenſi, et hoc ipſo tempore, quo ea occupata eſt ab hoſtibus, privati cuiuſdam uſibus inſerviit; ideoque remanſit in Germania. Vid. *die zuverläſſigen Nachrichten von dem gegenwärtigen Zuſtande der Wiſſenſch. Part.* CLXI. p. 320.

Pag. 422. lin. 2.) Poſt SCHIEDIVM hunc Bibliorum Codicem, qui ſaeculo XI. exaratus videtur, uberius deſcripſit Vir illuſtris, IO. DAVID. MICHAELIS in der *Oriental. und exeget. Bibliothec*, Part. I. pag. 223. 254. II. pag. 209. 242. III. 216. 249. IV. 214.

Pag. 423. lin. 17. Inter libros typis exſcriptos et inventu difficillimos referenda eſt utique GVILIELMI Comitis *a* BETHLEN Hiſtoria Pannonico-Dacica.

Pag. ead. lin. 29. *certum eſt.*) Iam iis, quibus haec ſupplementa paro, temporibus, quadraginta Voluminum millia, peſſime tamen diſpoſita, in novo ex-

ſtructo

ſtructo aedificio adſervari, ex *Novis litterariis Gothanis* repetiit SCHLOEZERVS im *ſtatiſtiſchen Briefwechſel*, *Vol.* VIII. *Scid.* XLIV. *pag.* 130. *ſeq.* Conf. *die Briefe eines Reiſenden über den gegenwärtigen Zuſtand von Caſſel*, *Francof. et Lipſ.* 1781. 8. *pag.* 120. ſeq.

Pag. 424. lin. 9. *adjeciſſe.*) Chriſt. Iul. Bokelmannus caet.

Ibid. lin. 11. *Collectionem*) (quae iam quadringenta excedit Volumina, in Catalogum redacta, et *Bibliothecae Agendorum* titulo Cellis *a. 1726. in 8.* indicata eſt ſtudio HERM. CASP. KOENIGII, cuius libri ſumma legi poteſt in den Ienaiſchen monatlichen Nachrichten anni 1726. p. 1034. ſeq.

Ibid. lin. 22. *a. 1751. p.* 52.) Conf. IO. HENRIC. STEFFENS *hiſtor. und diplomat. Abhandlungen in Briefen. Cellis*, 1763. *in 8. mai. Epiſt.* XV. ubi de rarioribus huius Bibliothecae libris et Codicibus manu exaratis iucunde agitur.

Ibid. lin. 26. *comparavit.*) Nunc vero nec *Wriſbergiana*, nec *Bunaviana* hic loci exſtant.

Pag. 425. lin. 12. *incrementa cepit*) Reineſiana maxime bibliotheca, HEVMANNO teſte, *Poeciles*, *Tom.* II. p. 370. neque Mauritius, caet.

Ibid. lin. 17. *divenditus eſt*) 1722. Dreſdae egregius caet.

Ibid. lin. 21. *Dreſden.*) Prodiit Catalogus *Bibliothecae Ducis Cizenſis* Dreſdae a. 1722. *in 8.* at nunquam oculis meis incurrit.

Ibid. lin. 25. *tranſlata eſt*) *) Ita quidem olim ſcripſi. At poſtea ex BARTHOL. FRANCKII ad Spizelium litteris, obviis in SCHELHORNII *Amoenitat. litterar. Tom.* XIV. p. 606. *ſeq.* intellexi, Reineſianam Bibliothecam Ducali eſſe illatam, beneficio Sekkendorfii.

Pag. 427. Ibid. lin. 29. Voluminum circiter duorum millium et quingentorum ſuppellex haec, a poſ-

ſeſſore

fessore pristino collecta, complectitur. Habet etiam Numophylacium eiusdem octingentorum numismatum, addiditque vir boni publici amantissimus summam pecuniae, cuius ex usuris bibliotheca quotannis locupletari queat. Plura memorat FRIDER. NICOLAI *Volum.* I. *seiner Reisen*, *pag.* 84.

Ibid. ad finem lin. ult.) *Coloniae Vbiorum* Ecclesia metropolitana Bibliothecam habet mille annis antiquiorem, cuius Codices consignavit IOSEPH. HARZHEIM. Eius quippe opera *ibidem in* 4. prodiit: *Catalogus historico-criticus Codicum Mstorum Bibliothecae Ecclesiae metropolitanae Coloniensis.* Numquam hoc opusculum comparuit in tabernis librariis, hinc parum est obvium. Describuntur in hoc, unici Alphabetici, ut vulgo dicitur, Catalogo ducenti et quod excedit Codices, et omnia fere a Carolo magno legata dicuntur. Ea Msta *Ioh. Georg. Graevio* olim demandata esse memoratur in *epistola* 17. *Tomo quarto Sylloges Burmannianae pag.* 24. *Censorinus* de die natali in numero eorum occurrens ad saeculum septimum refertur. Vid. BERNOVLLI *Reisen*, Volum. VI. pag. 344.

Corbachiensem Bibliothecam depingit nonnihil SAM. SCHALLESIVS apud HEVMANNVM *Poecil. Tom.* II. p. 415. En ipsa verba: *Corbachiana Bibliotheca ab antiquis monachorum temporibus reliqua; nomen fere solum absque re retinet, utpote quae sit paucissimorum, sed quantum eorum ego quidem viderim, maiorem partem bonorum librorum. Qui in templi urbici quodam conclavi partim humi abiecti, partim scamnis, pauci suis locis repositi, omnes sine ordine confusi, situ et puluere ferme consumti delitescunt. Inter eos praecipue hos Manuscriptos codices reperi: Priscianum; scriptum in pergameno formae quartae, Suetonium; papyro eleganter scriptum*; Ouidii Tristia, libros de amore, et alia, *pergameno scripta, ubi in fine breve carmen* διαλογικὸν *adiectum, quod* de Lom-

bardo et Lumacha *inscribitur*, *quasi etiam Ovidii esset*; eiusdem Metamorphosin, *scriptam papyro anno* 1460, *in cuius fine hi versus exstant*;

Bis sex mille bonos versus in codice scriptos,
Sed ter quinque minus continet Ovidius.

Cassianum, *in quarto regali*, Orosium *in fol. papyr.* Aeneae Sylvii Historiam Bohemicam in fol. pap. item eiusdem *de Piccolominibus civis Senensis*, *Poetae laureati*, *Imperialis Secretarii tum quadragenarii ad Marianum Sosinium*, *I. V. Doct. con. civem suum*, *de duobus amantibus fictum librum* (ita est titulus) *scriptum pergam. intermisso papyro in fol. Institutiones* scriptas *pap. in fol. Sunt et alia nonnulla Msta*, *inter quae est* Alani Anti-Claudianus, Iannesius Mannetus de viris illustribus longaevis. *Veteres auctorum editiones et libros fere sub ipsum inventae typographiae tempus aut non longe post cusos si recensere instituam*, *vereo*, *ne totam epistolam illis occupem; qui omnes in folio*, *pauci in quarto*, *vel Romae vel Venetiis*, *plerique anno circiter* 1460. *et* 1470. *typis*, *ut illa tulerunt tempora*, *elegantibus exscripti exstant*: *nempe* Gellius, Virgilius, Lucanus, Livius, Plinius Cicero, Ovidius, Augustinus, Macrobius, Marcellinus, Iulius Caesar, Senecae Epistolae, *cum iis*, *quas ad Paulum et Paulus rursus ad illum scripsisse vulgo dicitur*; Dictys Cretensis libri de bello Troiano *in sex redacti et per Septimium ex graeco in latinum traducti*; Suetonius, Iustinus, Valerius Maximus, Orosius, Eutropius, Curtius cet.

Pag. 428. lin. 9. Antiquam Bibliothecam *Curiensem* descripsit IOH. CHR. LAYRIZIVS in Progr. *de sacrario D. Michael. interiori et Biblioth. Curiensi. Curiae* 1691. *in* 4. Nunc etiam post irrita Ge. Friderici Marchionis Brandenburgensis consilia, quippe qui iam ante ducentos, et quod excurrit, annos, de Bibliotheca quadam Gymnasio inferenda cogitauerat, huic ipsi anno 1747. accessit Henrici de Waldeck su-

ſupellex mille centumque Voluminum liberaliter donata. Seruatur eadem in aedibus Rectoris Vid. PAVL. DANIEL. LONGOLII Progr. *von des Höfiſchen Gymnaſiums Bibliothek*, ibid. 1747. *in* 4. quod argumentum idem poſtea VII. Proluſionibus continuavit.

Pag. 429. lin. ult. *exhibet.*) Sed omnium nunc ſuperavit induſtriam doctiſſimus Goetzii ſucceſſor, HENRIC. IONATHAN CLODIVS, a quo Dreſdae 1763. *in* 8. accepimus *kurzgefaſste hiſtoriſche Nachricht von der ehemahligen und gegenwärtigen Einrichtung der königl. und Churfürſtl. Sächſ. Bibliothek zu Dreſden.* Longe tamen ampliorem et adcuratiorem eius hiſtoriam exſpectare nos iuſſit, qui Clodium in munere hoc ſecutus eſt, clariſſ. DASSDORFIVS, optandumque, ut mox fidem liberet.

Pag. 430. lin. 1.) *Electore*, primum eſſe inſtitutam, fundamento poſito cum Voluminibus aliquot, a maioribus collectis, tum a. 1588. cet.

Pag. 431. lin. 3. *manu exaratis.*) Anno denique 1764. ingens acceſſit incrementum Bibliotheca *Bunaviana* quadraginta circiter Voluminum millia continens, ac totidem Imperialibus à Sereniſſimo Principe Electore côemta, item *Brühliana*, viginti Voluminum millibus priori locupletior, ſoluto haeredibus quinquaginta millium Imperialium pretio. Vtriusque praeſtantia patet ex Catalogis plurium Tomorum, ut ſupra obſervavi ad *pag.* 112. Atque ſic aulica excrevit adeo, ut praeter Vindobonenſem vix parem in Germania habeat. Complectitur enim centum ac triginta circiter Voluminum millia, ſi Codices ſcripti quatuor fere millium ſimul numerentur. Maxima librorum iuridicorum pars ob aedificii anguſtiam adhuc, ni fallor, in horto Brühliano, qui proximus palatio eſt, repoſita conſpicitur. Vid. HASCHII *umſtandliche Beſchreibung Dreſdens*, Part.

a. 1783. in 8. mai. edita, ubi et memoratur, ex partibus tribus Catalogi, qui bis exstitere in Bibliotheca aulica, triginta fere Imperialium millia provenisse. Typis hic ipse Catalogus impressus est *Dresdae* anno 1775 - 1777. in 8. maiori.

Ibid. lin. 11. differit.) Plura de hoc codice egregio observarunt IOH. CHRISTOPH. WOLFIVS *Biblioth. hebr. Tom.* II. *pag.* 307. KOECHERVS *nov. Biblioth. hebraic. Part.* II. *pag.* 25. Imprimis uberius et accuratissime de eodem cimelio mspto commentatus est CAROL. FRIDER. BAHRDT *Prolus. de incluto Bibliothecae Electoralis Dresdensis codice Bibliorum ebraicorum manuscripto.* Lips. 1767. *in* 4.

Pag. 432. lin. 28. *in* 8.) cuius altera continuatio prodiit a. 1739. praefixa, et in CLODII libello pag. 19. 20.

Ibid. lin. ultim. ad finem.) De Museo rerum naturalium, quod ipsi peritiores Galli Regio Parisiensi anteponunt, accepimus ante aliquot annos *Description du Cabinet roial de Dresde*, *Dresd. et Lips.* 1755. *in* 4. *mai.* cuius libri germanice et gallice editi auctor est EILENBVRGIVS, Musei Inspector.

Pag. 434. lin. 7. *collecta.*) Catalogus eiusdem, observationibus quibusdam litterariis ornatus, vivo adhuc possessore, *Dresdae* 1755. *in* 8. prodiit.

Ibid. lin. antepenult.) obvia. Post mortem possessoris illustrissimi tanto thesauro litterario aucta fuit Bibliotheca Dresdensis aulica, uti iam loc. cit. obseruavi.

Pag. 435. ad finem §. VI.) Ita quidem olim scripseram. Post ex praefatione Mastrichtiana, Catalogo praefixa didici, Arnoldum a Goes, Principis Auriaci quondam in Comitatu Meursano Commissarium, qui Bibliothecam suam insignem, quam collegerat frater ipsius, demta solum iuridica, Academiae dedicasse. Ab initiis vero eiusdem ex liberali-

tate

tate Professorum, et symbolis Candidatorum parum accessisse, paucissimos deinde praeter Principem Electorem, Fridericum Guilielmum, Maecenatum quorundam largitionibus Bibliothecam creuisse. Complectitur Catalogus plagulas fere 24. sed, quod molestum, libris nonnulli rarissime annus editionis adiectus, nunquam dictum, qua forma prodierint.

Pag. 438. lin. 6. *Moguntia.*) Vberius de his codicibus memoratu prae caeteris dignioribus conferendi sunt omnino WOLFIVS *Biblioth. hebr. Tom.* II. *pag.* 307. et qui eandem Wolfii Bibliothecam nuper supplere studuit, KOECHERVS *Biblioth. nou. hebr. Part.* II. *pag.* 25. seq.

Ibid. lin. 12. *Halae* 1706.) Nunc Erfurti reposita est etiam Bibliotheca Academiae *Nat. Curiosorum*, anno 1736. Norimberga huc translata. Initia eius debentur Io. Iac. Baiero, Academiae olim Praesidi, et ad annum 1731. sunt referenda. Hodie numerum mille voluminum excedit, quorum dimidia fere pars liberalitate Christoph. Iac. Trewii, Reip. Norimb. Physici ordinarii, in eandem peruenit. Caetera de hac supellectile, itemque Museo rerum naturalium et arte factarum disci possunt ex Illustris BVECHNERI *Historia Acad. Nat. curios.* Sect. X. *pag.* 565. *seq.* Idem vir doctissimus *Halae Magdeb.* anno 1755. in 4. *mai.* edidit *Acad. Nat. Curios. Bibliothecam physicam, medicam, miscellam, partim sociorum munificentia, partim ipsius sumtibus comparatam.*

Ibid. lin. 19. in fine.) Legi merentur interim, quae SCHELHORNIVS in *Commercio epistolari Vffenbachiano*, *Part.* III. *pag.* 135 - 145. de *Amploniana*, aliisque Erfurtensibus Bibliothecis obseruauit.

Ibid. lin. 21. *librorum*) historicorum, litterariorum et cumprimis medicorum adparatu caet.

Ibid. lin. 28. *quae*) Friderici Marchionis coniux, praeter — — — possidebat — legati iure reliquit.

Pag. 439. lin. 6. §. XII.) Add. *die Erlang. gelehrt. Anzeig.* 1750. *pag.* 125. 126. Anno 1759. Serenissimum Marchionem, Fridericum Christianum liberaliter adiunxisse, quam habuerat in arce Neostadiensi ad Ayssum fluvium, voluminum plurimorum copiam, didici ex Hamburgensium, *freyen Urtheilen und Nachrichten*, 1759. *pag.* 352. Conf. ibidem pag. 3:7. Novissime accessit cum Caroli Brunovicensium Ducis largitio, tum insigne librorum legatum *Christoph. Iacob. Trew*, Medici Noribergensis, et oratione politissima, *de vultu sereno morientium*, *Erlangae* anno 1769. laudati ab HENR. FRID. DELIO, Medicinae Professore illustri. Ille nimirum tribus fere millibus librorum, qui, praeter Bibliothecam locupletissimam Vniversitati Altorfinae relictam, illi restabant, Erlangensis litterarias opes adauxit. Inest Bibliothecae huic academicae Collectio Canonum Nicolai IV Pontificis romani, de quo Codice manu exarato et antea incognito plura dicuntur in *den Frankfurter gel. Anzeigen*, a. 1777. *num.* 42. et 43. et in GEORG CHRISTOPH. RVDOLPHI *Nova Comment. de Codice canonum, quem Hadrianus I. P. R. M. Carolo dono dedit. Erlangae* 1777. in. 4. Conf. NICOLAI *Volum.* I, *seiner Reisen*, *pag.* 170. Bibliothecarius quondam fuit Io Ern. Schroeterus caet.

Pag. 440. lin. 2. a filio) Reipublicae Bibliothecario aucta caet.

Pag. 44.. lin. 19. *cap.* XXVI. *p.* 184. *seq.*

Ibid. lin. 20. *commemorat* *p.* 190. seq.

Ibid. lin 21. quae *Vffenbachiana* Bibliotheca, inter alia cimelia egregia, quoque abundabat codicibus hebraeo-biblicis veteris Testamenti manu exaratis, quos uberius et data opera recensuit IOH. HENRIC. MAIVS *Part.* I *Biblioth. Vffenbach. Manuscript. pag* 1. Vid quoque WOLFIVS *Biblioth. hebr. Tom.* II. *pag.* 308. *seq.*

Ibid.

Ibid. lin. 30. lege: Academicae Bibliothecae praecipuam olim partem fecit insignis adparatus Christoph. Pelargi, Theol. Professoris, post eius obitum, qui in annum 1633. incidit, a senatu Academico coemtus, qua de re vid. *die Leipz. gel. Zeitung*. a. 1717. p. 343. Matthaeus etiam Cuno, Ictus anno 1624. defunctus, certum librorum numerum donavit, teste IOH. CHRISTOPH. BECMANNO in Analectis de *Vitis Professorum Francof.* p. 200. Idem BECMANNVS concinnavit Bibliothecae publicae huius Catalogum, qui caet.

Pag. 442. lin. 9. *pag. 11.*) Anno igitur 1779. complexa est septem ac decem Voluminum excusorum millia, praeter codicum maxime Arabicorum non spernendam copiam. Novissime Wolfgang. a Steinwehr, Historiarum Professor a. 1771. testamento legauit suam ex duobus Voluminum millibus constantem Bibliothecam recentioribus libris historicis maxime diuitem, quae tamen in singulari loco conspicitur. Addidit quoque idem bis mille Imperiales, ex quorum reditu annuo semper augmenta prouenient. Vid. (*Ulrichii*) *Bemerkungen eines Reisenden durch die königl. Preußischen Staaten*, P. II. p. 69. seq. (*Altenb.* 1779 in 8.)

Ibid. lin. 14. *novissime*) a. 1748. donauit cum nummariam tum librariam caet.

Ibid. lin. 19. *p. 697.* et *Stoschii neues gelehrtes Europa*, *Part.* XIV. *pag.* 480.

Pag. 443. lin. 22. *celeberrima*) iam saeculo IX. a Rabano Mauro condita, cuius caet.

Ibid. lin. 25. *interiit.*), Memorauit olim Daumio Caspar Barthius, sex libros Ciceronis *de Republica* exstitisse ante hoc fatale tempus in Bibliotheca Fuldensi aliquot Voluminibus membranaceis, sed eosdem petulantia militum discerptos equisque substratos fuisse. Conf. FABRICII *Biblioth. latin. Volum.* II.

F 4 pag.

pag. 145. ubi tamen et hoc legitur: *Fides sit penes auctorem.* Ei vero Bibliothecae novam caet.

Pag. 444. ad finem §. VIII. *disseruit.*) Conf. *Commercium epistolic. Vffenbach. Part.* I. *pag.* 84. seq.

Pag. 447. lin. 11. 1743. 4.) Successit ANDR. BOEHMII progr. *de nonnullis Biblioth. Acad. Gissensis manu criptis ad litteraturam Graecam et orientalem pertinentibus, imprimis Mauricii Tract. de re vestiaria veter. Ebraeorum*, ibid. 1771. *in* 4. Aliud de rarioribus ibidem obviis libris ad Iuris scientiam pertinentibus; porro de duobus Codicibus membranaceis, altero *Virgilii carmina* continente, altero praestantissimam *Theuerdanckii* editionem sistente, *ibid.* eod. anno.

Ibid. lin. 23. in fine lin. adde: De praestantissimo Codice membranaceo *Bern. Circae*, qui aut saeculo XII. adhuc vel sub initium sequentis eleganter scriptus est, et antiquarum Epistolarum Decretalium syllogen exhibet, vid. SENCKENBERGII *Meditat. iuris publ. privati et historic. Fascic.* II. *pag.* 372. quem tamen varios commisisse errores, singulari Programmate docuit IO. CHRISTOPH. KOCHIVS, *ibid.* 1772. De Codice Msto in Bibl. acad. Gissensi *Breuiarii* nomine *Extravagantium Bern. Circae*, de *Innocentii III.* P. r. Collectione Decretalium, prima inter antiquas tertia; et *Bonifacii* VIII. P. R. sexto Decretalium libro, idem eodem anno disseruit erudite. Nunc tria haec scripta leguntur in Eiusdem Viri *Opusculis Iuris canonici, compendium Boehmerianum illustrantibus. Gissae* 1774. *8*.

Gorlicense Gymnasium tribus quoque Bibliothecis publicis fruitur. altera antiqua Monachorum in templo Petri et Pauli, altera in Gymnasio cet.

Pag. 448. lin 2. *legavit.*) Frustra repugnante Ducatus Suidnicensis Praefecto, qui rem difficillimam reddiderat, anno sequenti translata Gorlicium fuit. Complectitur caet.

Ibid.

Ibid. lin. 8. *bonae notae:)* et prima saltim Decas, Italice reddita, Euclides caet.

Ibid. lin. 11. *Bibliotheca)* reliquis praestantior, et in Curia urbis reposita diebus caet.

Ibid. lin. 16. *artic.* 4. p. 420. *seq.*

Ibid. lin. 17. *p.* 797.) et praecipue IOH. GODOFR. GEISLERI, Programmata quinque *de Bibliotheca Milichiana*, *Gorlicii* 1764. sequ. in 4. quo de labore vid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1768. p. 68. et *Götting. Anzeig. v. gel. Sachen*, 1768. p. 193. itemque p. 1143. In priori laudat cum primo liberalitatem Caroli Gehleri, vltimis tabulis erga Milichianum adparatum comprobatam, tunc etiam anno 1751. in commodum discipulorum opibus destitutorum accessit *Bibliotheca pauperum*, de qua idem GEISLERVS singulari scripto germanico a. 1765. in 4. emisso tractavit.

Ibid. lin. 33. *Biblioth.)* Iohannis et Ioh. Ernesti caet.

Ibid. lin. antepenult. *Ienensis)* (de qua anno 1675. eidem illata conf. ERDM. RVD. FISCHERI vita *Ioh. Gerhardi*, *Lips.* 1723. *in* 8. p. 374.)

Pag. 452. lin. 17. *Secretarium)* olim, postea Consiliarium ac Bibliothecarium a. 1774. mortuum, qui librorum parasse Catalogum dicitur caet.

Pag. 453. lin. 11. *p.* 338) Recentissima accessio, consistit in Collectione, vix alibi obvia, quadringentorum Voluminum, quae nil nisi Orationes sacerdotum funebres seruant. Delectus haec beneficio Statuum provincialium, testante IOH. HENR. STVSSIO, in Programm. I. *Gothae* a. 1756. in 4. excuso, *de usu multiplici concionum. et monumentorum funebrium.* Idem Historiam Bibliothecae Gymnasii Gothani Commentationibus III. *Gothae* 1757. seq. *in* 4. exposuit.

Ibid. lin. 14. ad finem §. IX.) Post maxime innotuit mirabili librorum numismaticorum adparatu *Schlaegeriano*, in qua paucissimi desiderantur adhuc, quos *Hirschii Bibliotheca numismatica Norimb.* a. 1760.

in fol. evulgata, continet. Vid. *das Neueste aus der anmuthigen Gelehrsamkeit*, anni 1761. *Num.* IV. p. 320. vbi sic CAROL. FERD. HOMMELIVS: *Herr Hofrath* Schlaeger *besizt einen kostbaren Vorrath, insonderheit an Münzbüchern, dergestalt, daß von der neu herausgekommenen Hirschii bibliotheca numismatica ihm nur noch wenige Schriften fehlen, und seine Bibliothek ein Wunderwerk der Vollständigkeit in dieser Art genennet zu werden verdienet.*

Pag. 456. lin. 9. Anno 1779. numerata fuere 130. circiter Voluminum millia, quorum Catalogus scriptus 80. Tomos mediocris molis in fol. explet. Anno 1781. munificentia regia superaddit Collectionem praestantissimam librorum ab a. 1457. usque ad a. 1516 excusorum, inter quos Psalmorum codex familiam ducit. Vid. *Götting. gel. Anzeigen*, 1782. *Part.* I.

Ibid. lin. 11. 1750.) atque ipsa haec *Nova litteraria* a. 1758. p. 211. quo loco discimus, Bibliothecam Goettingensem praeter Bulowianam, decem fere millium Voluminum, magnam eorum librorum copiam, qui bis in Regia Hanoverana fuerunt, initio accepisse.

Ibid. lin. 14. *p. 56. seq.*) PVETTERI *Beschreibung von Göttingen*, et *Eckardi Academisches Handbuch.*

Ibid. lin. 21. Nec silentio praetermitti debet, donatione inter vivos dicatam esse Goettingensi Bibliothecae a *Ioh. Frid. ab Vffenbach* insignem, qui a. 1769 accessit adparatum librorum mathematicorum, physicorum, praecipueque ad Geographiam pertinentium, item Collectionem mirabilem tabularum aeri incisarum, atque instrumentorum mathematicorum, mechanicorum, opticorum caet. Vid. die *Götting. Anzeig. v. gel. Sachen*, 1764. Scid. XXVII. p. 249. Anno 1772. *Schmaussiana* et *Achenwalliana* Msta Statistica, et a. sequenti ingens et rara Collectio

Ge-

Gebaueriana librorum omnis generis est illata. De Codice membranaceo, qui totum Corpus iuris Romani glossatum cum libris Feudorum, quinque maioris formae Voluminibus continet, et ex supellectile Schwarziana Altorfi coemtus est, vid. *Pars* II. *Biblioth. Schwarz. pag.* 2. et *Nova litteraria Goettingensia*, a. 1773. *pag.* 1114.

Ibid. lin. 31. *observavimus*,) dissipata reliqua supellectile in turbis ineunte hoc saeculo Holsatium devastantibus, omnino caet.

Pag. 459. lin. 8. lege Friderici III.

Pag. 460. ad fin. lin. 11.) *Grimmensi* scholae provinciali accessit post annum 1775. insignis supellex libraria Ioh. Dopperti, Lycei Schneebergensis Rectoris, qua de re legantur BIDERMANNI *Nova Acta scholastica*, *Volum.* I. p. 225.

Ibid. lin. 12. *Bibliotheca*) a IOH. DAVID. IAENCKENIO in *der Abhandlung des gelehrten Pommerlandes*, *pag.* 152. descripta, auctorem habere dicitur Henr. Rubenovium — — libros eo consecraverit. Sed contrarium adserit IOH. CHRIST. DAEHNERTVS in *der Pommerschen Bibliothek*; a. 1750. *Volum.* I. *Part.* XII. p. 50. Sed certum, utique crevisse eandem liberalitate caet.

Ibid. lin. 26. Rectoris Wollgastiensis.

Ibid. lin. 29. Anno etiam 1769. Dux regens Mecklenburgo-Strelicensis, Adolphus Fridericus, donavit integrum Opus Anglicum, *Philosophical Transactions* inscriptum, et ex tribus et quadraginta Voluminibus splendide compactis, compositum. Vid. *Hamburg. Nachrichten aus dem Reiche der Gelehrsamkeit*, a. 1764. p. 623. Cur mille imperiales, quos Ernestus Bogislaus, Dux Croyanus huic Bibliothecae olim legavit, haud fuerint soluti, ignoro. HERM. HENR. ENGELBRECHT in *Delineat. Status Pomeraniae*

Sue-

Suedicae, pag. 329. optat saltim, ut ab aula Berolinensi tandem obtineantur.

Pag. 461. lin. 4 *reperiri.*) Idem a. 1775. Catalogum Bibliothecae, a se diligenter confectum, edere coepit, cuius nunc *Tom.* III. *in 4.* prostant. Vtilissimus est praecipue, quod ad scripta Pomeranorum attinet. Ex Praefatione intelligimus, numerum Voluminum viginti millia, omnium vero librorum et opusculorum superare centum millia. Exspectatur adhuc singularis Tomus, Manuscripta et Collectionem de rebus Pomeranicis exhibiturus.

Ibid. lin 9. *adparatum.*) Sed iterum hoc in dubium vocavit DAEHNERTVS in der *Pommersch. Bibliothek pagina* iam adducta.

Pag. 463. lin. 22. *praefecto.*) Praestantissima Bibliothecae *Kraftianae* Vlmensis, pars in Augustam transit.

Ibid. lin. 27. *videantur.*) Maxime ex laudata paulo ante Bibliotheca Blankenburgensi, decem et amplius Voluminum millia intulit ipsi, teste HASSELIO in *den Braunschweigischen Anzeigen* a. 1754. p. 1643. De collectione biblica insigni, quam Elisabetha Sophia Maria, Princeps Brunsuicensis, anno 1764. liberaliter addidit, supra iam dictum est sub finem §. IV.

Pag. 464. lin. 24. G. H. E. D.) primum a. 1710. mox Amstael. caet.

Pag. 465. lin. 4. lege annumque Augusti caet.

Ibid. lin. 27. *erepti,*) de quibus aliisque nonnullis breviter egit IOH. RVDOLPH. SCHIERIVS in Progr. *de Codicibus nonnullis Graecis Mstis in Bibliotheca Augusta. Helmstad.* a. 1755. in 4. plag. 2.

Pag. 466. lin. 15. *exarata*,) inter quos et *Codex Taciti*, solos Annalium et Historiarum libros continens, recentioris quidem aetatis, qui tamen et ad lectiones nonnullas confirmandas, et ad meliores indagan-

dagandas profuit subinde Ernestio in nova, quam anno 1773. adornavit editione Taciti. *Heroides* item *Ovidianae* tribus Codicibus, aetate inter se diversis, quorum primus saeculo XI. exaratus videtur, quorumque variae scripturae in celeb. LESSINGII *Vol.* III. *Zur Geschichte der Litteratur*, p. 13 - 104. a IAC. FRIDER. HEVSINGERO legi possunt *Evangeliorum* caet.

Ibid. lin. 19. Codex) *quatuor Evangeliorum* Graecus caet.

Pag. 468. lin. 30. *Hanisio*) Ianisius, forte per scribentis errorem nominatur, inscitiaeque, morumque parum facetorum arguitur in SCHVRZFLEISCHII *Introduct. in Notitiam scriptor. Part.* II. *pag.* 24.

Pag. 469. lin. 6. *diem supremum.*) Nunc quidem ab anno 1779. munus hoc sustinuit GÖTTFR. EPHRAIM LESSINGIVS, qui etiam nonnulla in hac supellectile libraria latentia manuscripta in lucem protraxit publicam in libro qui inscribitur: *Zur Geschichte und Litteratur aus den Schätzen der Herzogl. Bibliothek zu Wolfenb.* cuius *Fasciculus* I. et II. *Brunsuigae* 1773. III. 1774. IV. 1777. V. 1779. VI. 1781. 8. prodierunt, sed et hic morte praematura anno 1781. locum suum reliquit *Langero*, viro rei litterariae peritissimo. Historiam Bibliothecae Augustae a BVRCKHARDO cet.

Ibid. lin. 11. *Londini*) a. 1650. *in* 12. (de qua editione vid. KOHLII *gesammleter Briefwechsel der Gelehrten*, a. 1751. *Part.* V. *pag.* 65. *seq.*)

Pag. 471. lin. 14. *possidebant*) annoque postremo armis Suecorum pulsi forte hos libros festinanter relinquere cogebantur, partim caet.

Pag. 472. lin. 28. *pag.* 266 *seq.*) itemque *die Bemerkungen eines Reisenden durch die königl. Preussischen Staaten*, *Part.* I. (*Altenb.* 1779. in 8.) p. 258 - 276.

Pag.

Pag. 474. lin. 19. *impressa*,) tam theologici, quam philologici argumenti Bibliothecae caet.

Ibid. lin. 22. *Hoffmannus) in Marianam bibliothecam transferre curavit ibid.* caet.

Ibid. lin. 32. *accepit.*) Postea virum quendam Musis amicum tria Volumina millia, maxime recentiorum scriptorum, testamenti tabulis, et alium quendam pretiosum optimae notae adparatum huic Bibliothecae addidisse memoratur in IOHANN. GODOFR. TAVST Programmate *Halae* 1770. in 4. edito, ubi *die ersten Linien von der Geschichte der öffentlichen Bibliotheken, inveniuntur.*

Pag. 475. lin. 7. *in 4.*) probae notae, saeculi circiter X. aetatem prae se ferens.

Ibid. lin. 15. *Leonardus.*) Novellarum Iustiniani, cum Codicis libris postremis Moguntiae a. 1477. a Petro Schoeffer membranis candidissimis excusarum, Volumen in *praefatione* ad libros IV. prioris *Observat. iuris Romani*, BYNKERSHOECKIVS olim emiserat, valde laudatur ab HEINECCIO in *Opusculis eius minoribus pag.* 37. edit. *Amstelod.* a. 1738. in 8. *mai.*

Pag. 476. lin. 17. ad finem.) Conf. MART. FR. SEIDELII *Icones et elogia doctorum Marchicorum* p. 113. *edit. Kust.*

Pag. 477. lin. ult. *caet.*) Anno 1768. EICHELIVS, Borussorum Regi a Consiliis aulicis intimis, Numophylacium suum, olim Schulzianum, testamento reliquit huic Bibliothecae. Vid. *Hallische neue gel. Zeitung*. 1768. p. 168. Patet eadem diebus caet.

Pag. 479. lin. 5. ad finem.) *Catalogus librorum Orphanotrophei Halensis*, *Halae* a. 1747. in 4. prodiit. Sed noli persuadere tibi, hunc pertinere ad Bibliothecam. Est enim recensio tantum eorum librorum, qui tum venales fuere in Orphanotrophei officina.

Ibid.

Ibid. lin. 27. *addita*,) quae nunc Operibus ex litteratura Orientali maxime superbit. Illa caet.

Pag. 480. lin. 30. *longissime*) superarunt fratres — — Templum et Ioh. Christianus, Professor Gymnasii, qui viri — — clarissimi a. 1739. reliquere integras Bibliothecas suas trigintas et quinque circiter — — explentes vrbi caet.

Pag. 482. lin. 22.) Publicum hoc duumviris monumentum idque marmoreum, effigie utriusque inclusa, posuit Senatus in ipsa Bibliotheca, et GODOFR. SCHÜTZIVS, vir celeberrimus, sequentia subiecit Distichia, quae Lectoribus haud erunt ingrata:

Fratrum Wolfiadum gratissima nomina lector,
Caussas cur recitet bibliotheca, cape.
Grande decus, doctae fuit ille vel ille cathedrae,
Hammoniam meritis auxit uterque suis.
Pulcer amor patriae viret, et post fata perennat,
Ex amplo dono commoda sera patent.
Vltima posteritas, ad munera larga stupescens,
Decernet largis praemia larga viris.
Quaeque inter cives belli stet gratia facti,
Structo declarat marmore cura Patrum.

Pag. ead. lin. 33. *scripturum*) Novissime, et anno quidem 1764. ex munificentia Iacobi Langermanni, Senatoris biennio ante mortui, illata publicae Bibliothecae eiusdem splendidissima cum insigni adparatu numismatico rerumque naturalium, eaque de causa monumentum ipsi exstructum est, haeredum impensis, in Bibliothecae domicilio. Vid. ZIEGRAE *Hamburg. Nachr. aus dem Reiche der Gelehrsamkeit*, 1764. p. 455.

Anno etiam 1782. insignis Bibliotheca et supellex numismatica accessit *Petri Simonis*, I. V. D. ab haeredibus eius munifice illata. Anno eodem liberalem se in hanc Bibliothecam exhibuit *Kronnius*, sacerdos Hamburgensis, donato ipsi egregio Volumi-

num

num adparatu, quae Anabaptistarum caet. historiam complectuntur.

Pag 483. lin. 12. *in forma maiori.*) Describitur fusius a IOH. PAVL. FINCKIO *in* KOHLII *Hamburg. Briefwechsel der Gelehrten*, a. 1756. *Part.* XXXIX. *pag.* 459. *seq.* Bibliothecarios caet.

Pag. 484. lin. 22. *exposuit.*) Add. VFFENBACHII *merkwürdige Reisen*, P. II. p. 123. *seq.* Sed nunc inter omnes eminet celeb. GODOFR. SCHÜTZII *Geschichte und Verfassung des Hamburg. Gymnasii und Iohannei und der öffentlichen Stadtbibliothek*, insertas olim libello KLEFEKERI, *Sammlung Hamburg. Gesetze Parte* VI. *pag.* 67-77. ac separatim a. 1768. *in* 8. exhibitas. Conf. eiusdem *öffentliche Ankündigung von der Hamburg. Stadtbibliothek*, *ibid.* 1781. in 4. *maiori.*

Pag. 485. lin. 6. *Augustini Manuale.*) Conf. etiam VFFENBACHII *merkwürdige Reisen*, Part. II. *pag.* 101. *seq.*

Ibid. lin. 7. *Bibliotheca*) sex circiter Voluminum imprimis iuridicorum millia continente adiici caet.

Ibid. lin. 18. *p.* 138. *seq.*) Exinde memoravit etiam illos IOH. HENRIC. *a* SEELEN in *Bibliotheca Lubecensi*, *Vol.* VII. p. 443. et *Vol.* VIII p. 684. *sq.*

h.) Bibliotheca ad *Templum S. Iacobi*, de qua et aliis legi potest IOH. IOACH. RASCHII *Histor. Beschreib. der öffentlichen Kirchenbibliothek zu St. Iacobi Hamb.* 1754. *in* 4. Continuatio libelli huius secuta est ibid. 1755. altera vero eaque ultima 1756. *ead. forma.* Dolendum tamen est, Auctorem iudicio destitutum passim fuisse. Cum nonnulla eius observata reprehenderentur in *Novis* litterariis Hamburgensibus, RASCHIVS a. 1757. unica plagula *in* 4. edidit *eine bescheidene, doch gründliche Vertheidigung unterschiedlicher Nachrichten, so in der histor. Beschreib. der Kirchenbibliothek zu St. Iacob in Hamburg vorkommen.*

i) Nunc

s.) Nunc etiam nota est Bibliotheca *Mercatorum* publica, varii generis optimaeque farinae Operibus instructa, quae recentior quidem est, facto quidem a. 1736. eius initio, at quotannis locupletari solet. *Catalogus* librorum eius Hamb. 1750. *in 4.* qui tamen, centuria modo exemplarium impressa, mox rarior erat inventu. Inde novus prodiit *Hamb.* a. 1762. *in 4.* qui complectitur mille et septingenta Volumina, et dissertationes varias. Tertia editio a. 1771. edita recentissima exhibet incrementa.

Ibid. lin. 28. *refertissima.*) Ita olim scripseram. Post omnes hae Bibliothecae sunt distractae.

Pag. 486. lin. antepenult. *attinet.*) Conf. BYTEMEISTERI Comment. *de Augustae Domus Brunsu. Luneb meritis in rem litterariam*, *Cap.* XV. §. 10. *pag.* 164. seq.

Pag. 487. lin. 9. *fuerint.*) Hodie eam altero tanto minimum esse locupletatam, dubio caret.

Pag. 488. His addenda nunc *Biblia Anglica*, Oxonii a. 1717. splendidissima et purissima, membrana ferrea maxime excusa, multisque figuris aeneis ornata. Quatuor tantum eorum exemplaria in orbe terrarum reperiuntur, singulaque dicuntur septingentis libris Sterlingicis constare. It. *Iac. Andersonii* ac postea *Thomae Radtmanni Selectus diplomatum et numismatum Scotiae Thesaurus Edimb.* 1739. *Tom.* II. *in fol.* quod Opus in Germania nonnisi Hanoverae ac Goettingae exstare, fama est.

Pag. 490. lin. 19. Historiam Bibliothecae huius Regiae olim promisit DANIEL ERHARD. BARINGIVS in Praefatione *Clavi diplomaticae* praemissa *pag.* 6. edit. secundae; et frustra exspectatus est hic libellus.

Ibid. lin. ult. in fine) Anno etiam 1753. CAROLVS ANTON. DOLLIVS, Bibliothecam Regiam iucunde descripsit in den *Westphälischen Bemühungen zur Aufnahme der Gelehrsamkeit, und der Sitten*, *Vol.* II. *pag.* 119.

119. seq. Quo etiam spectant b. CHRISTIAN. GVIL. FRANC. WALCHII *Monumenta medii aevi ex manuscriptis codicibus in hac Bibliotheca latentibus aliquot Fasciculis* edita, *Göttingae* a. 1757. seq. *in* 8.

In antiquae Vrbis Curia Bibliothecas adservari Scarabaeam et Corvinianam, non quidem numerosas, at libris, paulo post typographiam inuentam editis admodum conspicuas, memorat BÜSCHINGIVS in *der neuen Erdbeschreib. Part.* III. *Volum.* III. *pag.* 2605. edit. tertiae.

Pag. 491. lin. 16. *Hottingerus.*) Credo etiam, anno 1760. accessisse Bibliothecam *Kinskii*, Comitis Bohemi, quae primum ad Georgium Hornium, Professorem Leidensem pervenerat, ab eo postea Principi haeredi Palatino ultimis tabulis legatam. Singularia hac de re suppeditat IOHANN. ADAM. FLESSA in *Vita Hornii, Commentationum varii argumenti*, (*Altonae* 1744 8.) *pag.* 95. seq.

Pag. 492. lin 4. *exstructa sit.*) Si vero vir aliquis doctus, ni fallor, BERNOVLLIVS adfirmat, *Graevium* supellectilem suam librariam Bibliothecae illi legasse grati animi tesseram de causa, quoniam olim Heidelbergae operam litteris dederit, id mihi valde dubium videtur, neque hoc me in vita *Graevii* legere memini. Additur, Graevianam Manhemium deinde esse delatam, et libros, quorum duplex exemplar erat, Heidelbergae relictos esse.

Pag. 493. lin. 26. *Heilsbronnensis*) De ELLRODII Programmatibus adductis tria exstant. Primum a. 1739 tertium, in quo rari Codices sacri indicantur, a. 1741. excusum est.

Ibid. lin. 28. *pervenerunt.*) Idem dicendum de IOH. RVD. SCHLEGELII Programm. *a.* 1772. 4. edito, *de libris Bibliothecae publicae Heilbronnensis rarioribus*, agens de *Catholico* IOH. IANVENSIS, quod scriptum sine dubio plura sunt subsecuta.

Pag.

Pag. 495. lin. ult.) Elegantem descriptionem codicis huius hebraici GVIL. ABRAHAM TELLERVS et GEORG. IOH. LVDOV. VOGELIVS in dissertationibus *de codice Bibliorum hebraicorum Helmstadiensi*, *ibid.* 1766. et *observationibus criticis in varias lectiones codicis huius*, *Halae eod. anno* editis dederunt. Observat in priori dissertatione et in fine versionis *Kennicottiani* operis *de statu textus hebraei V. T.* praeter hunc Codicem quatuor alios adservari in Bibliotheca academica Helmstadiensi. Plura de iis singulis referunt WOLFIVS *Bibliothec. hebraic. Tom.* II. *pag.* 312. IV. 93. et KOECHERVS *Biblioth. nov. hebraic. Part.* II. *pag.* 27. *seq.*

Pag. 499. lin. 27. Inter privatas Bibliothecas Helmstadienses quondam eminuit *Fabriciana*, a IOH. FABRICIO, Profess. Theolog. Helmstadiensi collecta et uberius descripta in *Historia Bibliothecae Fabricianae*, quae sex Voluminibus *in* 4. *Wolfenbüttel.* 1717. 1724. prodiit, qui vero adparatus publica auctione divenditus est.

Pag. 501. lin. 8. *et* 558.) item *Nova litter. Circuli Franconici*, *Norimb.* 1725. 8. *Part.* I. *artic.* 5.

Ibid. lin. 26. adde: Bibliotheca HERBORNENSIS Gymnasii suam debet originem Iohanni, seniori Comiti Nassouico, anno 1584. qui etiam fundi loco adsignavit eidem reditus certos ecclesiasticos in ditione sua, teste IOH. TEXTORE in *der Nassauischen Chronic*, *Herbornae* a. 1767. in 4. p. 114.

Ibid. lin. 27. *Bibliotheca*) anno 1558. condita est, cet.

Ibid. lin. 31. Aerario sacro Templi S. Andreae praefecti ab eius vidua comparaverant.

Ibid. lin. antepenult. *Scholae* studio collecta paullatim inde ab a. 1658. cet.

Pag. 502. lin. 3. *uterque enim*) patriae amore ductus, libros — — usibus destinavit. Et illius quidem

adparatus a. 1717. donatus, iuridica praecipue Opera exhibet.

Ibid. lin. 7. *haec*) et Sacerdotum et scholastica, cum libris in S. Martini aede coniuncta, Gymnasioque Andreano illata, atque anno 1740. iussu cet.

Ibid. lin 9. *Vid.*) IOACH. BERN. LAVENSTEINII *Histor. diplomat. Episcopatus Hildesiensis*, *Part.* I. *pag.* 340. nec non IOH. CAR KOKEN Epistola in KOHLII — — *Gelehrten* anni 1751. cet.

Ibid. lin. 14. complectebatur:) (plurima enim eius pars, civitate a milite Brunsuicensi 1634. direpta Brunsuigam deportata dicitur, uti relictum lego in CASSII *Lebensbeschreibung* Chr. Aug. Heumanni pag. 135.)

Ibid. lin. 19. saeculi huius initio) anno scilicet 1704.)

Pag. 503. lin. penult. *est.*) Addere placet ex b. ACHAT. LVDOV. CAROLI SCHMIDII *Vnterricht von der Verfassung der Herzogl. Sächsischen gesammten Academie zu Iena*, pag. 105 priuatam. Ioh. Friderici II. bibliothecam accessisse, postea vero a Iohanne Casimiro, filio eius, Coburgum esse translatam.

Pag. 504. lin. 31. Bircknerus) patria Ienensis, ad cet.

Pag. 506. lin. 3. *incipit*) de quo Codice hebraico Hagiographis destituto varia memoratu digniora obseruarunt WOLFIVS *Bibliothec. hebr. Tom.* II. pag. 313. seq. et KOECHERVS *Bibliothec. nov. hebraic. Part.* II. *pag* 28. seq.

Pag. 507 lin. 9. *regia*;) (vid. de his BASIL. CHRIST. BERNHARD. WIEDEBVRGII *ausführliche Nachricht von einigen alten deutschen poetischen Manuscripten aus dem* XIII. *und* XIV. *Iahrhundert*, *welche in der Ienaischen academischen Bibliothek aufbehalten werden*, *Iena*, 1754. in 4. quod Opusculum recensetur in *dem Neuesten aus*

der

der anmuthigen Gelehrſamkeit a. 1754. *num.* X. *pag.* 743. ſeq.

Pag. 508. lin. 7. *ſingulis*) ex certis reditibus, quos perilluſt. SCHMIDIVS *loc. cit.* memorat, nouo cet.

Ibid. lin. 18 *alteram*) praecipua Bibliothecarum Boſianae, Sagittarianae, Danzianae et Bircknerianae exponentem fruſtra nunc exſpectamus.

Ibid. lin 21. Praeſenti tempore hoc munus ornat celeb. *Io. Gottfrid. Müllerus*, Philoſophiae Profeſſor ordinarius, qui ſimul Bibliothecae Buderianae, cuius mox mentio fiet, curam gerit.

Ibid. lin. 28. *pag. 281. ſeq.*) dicti iam MYLII *das im Jahr* 1743 *blühende Jena*, in 8. *Cap.* IV. p. 27 40.

Ibid. lin. 31. *Walchiana*) publicae auctionis lege divendita, et *Buderiana* a. 1759. Academiae legata teſtamento, ſequenti codicillis confirmata, nunc poſt mortem viri immortalis, quae a. 1763. contigit, publica eſt, ſeparato tamen in conclavi repoſita. Ingentem pretioſamque academicae Bibliothecae hac donatione factam eſſe acceſſionem, ipſe ante aliquot annos obſeruavi. Inſignem quoque et Operibus praecipue ad Philoſophiam naturalem et omnis generis litteraturam Orientalem ſpectantibus, locupletiſſimum adparatum librarium *Chriſt. Guil. Büttneri* Profeſſoris quondam Goettingenſis, nunc Ienenſis acceſſurum eſſe in poſterum, a Sereniſſimo quippe Duce Vinarienſi eo conſilio emtum, FRID. NICOLAI memorat *Volum.* I. *ſeiner Reiſen*, pag. 59. De bibliotheca, quam *ſocietas latina Ienenſis* aſſeruat, varia obſervavi Bibliothecae meae litterar. Tom. III. pag. 2018. Adiectus eſt quoque egregio rerum naturalium Muſeo Ducali, quod in palatio Ducali aſſeruatur, copioſiſſimus librorum ad hiſtoriam naturalem ſpectantium adparatus, ex Bibliotheca *Io. Ern. Imman. Walchii* huc translatus, quorum numerus in dies magis augetur ſingulari munificentia Caroli Auguſti,

Serenissimi Ducis Vinariensis, cui Bibliothecae iam praeest *Io. Georg. Lenzius.* Neque inter privatas Bibliothecas Ienensium reticenda est Bibliotheca *Griesbachiana*, a IOH. IACOB. GRIESBACHIO, Theologo celeberrimo in Academia Ienensi collecta, eaque copiosissima, quae tum insigni librariae supellectilis in eandem congesti copia, tum vero raritate insigni opusculorum et operum maiorum ad Historiam ecclesiasticam, Theologiam Patristicam, Criticam Sacram, et alias Theologiae partes spectantium sese maxime commendat, adeo uteam alias privatorum Bibliothecas longe superare vix dubitandum sit.

Pag. 509. lin. 28. ad finem.) Ea ipsa vero plurimum debet Martino Eisengreinio, Theologiae Professori saeculo XVI. celebri. Primum enim Ioh. Aegolphum a Knoeringen, Canonicum ac summum tunc temporis scholasticum, tandem Episcopum Augustanum incitauit, ut amplissimam instructissimamque Bibliothecam cum ex libris Loriti Glareani', Historici insignis, comparatam, tum nouorum Voluminum accessione abunde auctam, cum opulento ac splendido Antiquitatum ac Numismatum thesauro, Academiae donaret, constitutis insuper annuis reditibus, quibus et ali Bibliothecarius, et Bibliotheca conseruari locupletarique possit. Deinde eadem felicitate Simonis Thadaei Eccii, Alberti Boiorum Ducis Cancellarii supremi, haeredes permovit ad concedendam sine ullo pretio egregiam eius Bibliothecam. Tum idem impetrauit, ut Rudolphus Clenckius, Theologiae Doctor ac Professor, suam librorum supellectilem, quinque florenorum millibus ab se coemtam, viva voce coram toto senatu Academico Vniversitati munifice offerret. Postremo et ipse suam testamento eidem legavit. Qua quidem accessione maxima Bibliothecae Ingolstadiensi incrementa adlata fuerunt. Collegio quoque Georgiano, a Georgio

gio divite, Bauariae Duce, ad alendos duodecim iuvenes ex diverſis provinciae oppidis oriundos, exſtructo, Georgius Theander, Procancellarius ac Profeſſor Theologus memorato ſaeculo XVI. Bibliothecam ſuam legati iure reliquit. Omnia haec in *Almae Ingolſtadienſis Academiae Tomo* I. a VALENT. ROTMARO inchoato, et poſt ipſius fata IOH. ENGERDI cura abſoluto, leguntur pag. 81. 111. 128. 132. Prodiit liber hic, plagulas octo et quadraginta continens, *Ingolſt.* 1581. *in 4.* iamque inuentu eſt rarior. *Caſpar Schmidius* Wurceburgenſis, qui huic Bibliothecae ante aliquot annos praefectus fuit, in deſcribendis operibus ad pueritiam et adoleſcentiam artis typographicae referendis, quorum ingens adeſt et pretioſa copia, ſtrenue occupatus eſſe dicitur. Ex GERCKENII *Reiſen durch Schwaben, Bayern* etc. *Volum.* I. pag. 354. intelligitur, Bibliothecam Patrum de Societate Ieſu eidem nunc eſſe illatam, trecentosque fere codices manu exaratos in univerſo hoc adparatu librario reperiri, nec non quingentos florenos Rhenanos ad eam augendam quotannis impendi.

Ibid. lin. 33. *Orientalibus.*) Hiſtoriam huius Bibliothecae ducalis quod attinet, primum precibus ſtatuum Imperii conſilium de exſtruenda Bibliotheca cancellaria cepit Iohannes Erneſtus Dux Iſenacenſis anno 1636. cui rei quadringentos Imperiales deſtinaverat. Libros quosdam comparare quidem curavit, interim tamen variis ex rationibus impediebatur incrementum Bibliothecae. Ea, quae adhuc Ducalis eſt Iſenacenſium Bibliotheca, originem ſuam ducit a Iohanne Georgio I. qui fundamentum eiusdem poſuit ex Bibliotheca Patris Wilhelmi magni, Ducis Vinarienſis, haereditate accepta, quae olim laudati Principis uſibus privatis deſtinata fuerat. Licet autem negari nequeat, dictum Iohannem Georgium hunc librorum adparatum auxiſſe, plurimos

G 4 tamen

tamen et longe pretiosos libros eiusdem filii Principes, Iohannes Georgius II. et Iohannes Wilhelmus in itineribus suis comparatos, isti addiderunt. Interim tamen sub regimine Iohannis Wilhelmi haec ipsa Bibliotheca non ultra quindecim et centum Voluminum numerum excedebat, quod non mirandum est, si consideres, nullos certos annuos reditus ipsi amplificandae destinatos et incrementum tunc temporis tantum ex libris Ienae recusis et Principi Duci dedicatis repetendum fuisse huius supellectilis. Wilhelmi Henrici tempore fere negligebatur cura huius Bibliothecae augendae, et plurimi libri eiusdem privatis hac vel illa occasione donabantur. Post mortem eius vidua relicta eiusdem sibi ius arrogabat in hunc apparatum, interim tamen remansit eadem in familia Ducali. Anni 1753. Henricus de Bünau, Territorii Ienacensis praefectus, approbante Duce Saxo Gothano, supremo tutore, adiuvante regimine et camera tributaria Ienaci, hanc Bibliothecam denuo ex puluere, in quo huc usque delituerat, protrahere in lucem, et sub nomine Bibliothecae cancellariae usibus publicis consecrare coepit. Prius incrementum accepit ex variis operibus iuridicis egregiis, qui olim Regimini Ducali fuerant proprii, in Camera Cancellaria antea asseruati, quibus accesserunt postea libri, quos Ernestus Augustus, Dux Vinariensis, dum Ienaci versaretur, coemerat. Concessit quoque Dux Saxo-Gothanus, terrarum Ienacensium tunc temporis administrator, in usum huius librorum adparatus annuum reditum, et mandauit, ut unusquisque, qui ad officium publicum admitteretur, certam pecuniae aut librorum copiam Bibliothecae huic inferret. Adiumento fuerunt nonnulli Consiliarii aulici, qui suis donationibus eandem Bibliothecam auxerunt. Curam eiusdem anno 1754. gessit Schmausius, tunc temporis Secretarius intimus.

mus. Libris maxime iuridicis, historicis et cameralibus constat. Quod reliquum est, minus tanti aestimanda est haec librorum collectio, quanti eandem fecisse *Struvium* et *Menckenium* (*de hodierna litterarum facie* et *statu*, in *Actis societatis latinae Ienensis*, *Vol.* II. *pag.* 6.) fecisse constat.

Pag. 510. lin. 14 *Ioecherianum.*) Conf. PAVLLINI *loc. cit.* pag. 217.

Ibid. lin. 21. *expleuit.*) Anno 1775. *in 8.* edidit IOH. FRIDER. ECKHARDVS notitiam librorum eius rariorum germanicam, hoc titulo: *Nachrichten von einigen seltenen Büchern der Bibliothek des hochfürstl. Gymnasii zu Eisenach, aus dem funfzehnten Jahrhunderte.* Sed labor ille parum probandus, nec sine causa naevos eius indicarunt *die Hallischen gel. Zeitungen*, a. 1776. Scid. VI. pag. 41. seq.

Pag. 511. lin. 7. volumina) Vocabularius Theutonista, opus rarissimum, de quo vid. RICHEY in *Idiotico Hamburgensi*, *pag.* 431. *sequ.* edit. *in 8. mai.* item notissimum cet.

Ibid. lin. 30. ad finem §. XIII. Anno 1774. a Georg. Ioach. Marckio, Theologiae Professore, omnia Volumina ex librorum suorum adparatu, quae quidem Bibliothecae academicae usui fore praefectus eidem cognoverit, testamenti tabulis legata fuerunt. Sequenti vero anno ingens librorum optimorum, partim et rariorum, qui bis in Regia Hafniensi adfuerunt, cumulus accessit. Non levem quoque pecuniae summam ad coemendos libros recentiores dono dedit a. 1775. Charlotta Amalia, Princeps Danica. Anno etiam 1784. munificentia Augustissimi Regis Danorum illata est Academicae Bibliothecae *Wolfiana*, pro qua duodecim Imperialium millia soluta fuerunt. Possessor eius quondam erat Consiliarius intimus Holsaticus.

 Lau-

Laubaci prope Gieſſam Celſiſſimorum Comitum Solmenſium Bibliotheca eſt admodum locuples libris hiſtoricis et philologicis. Fridericus enim Magnus, Comes, in peregrinationibus ſuis editiones ſplendidiſſimas Auctorum Graecorum et Romanorum una cum aliis magni pretii operibus collegit. Reperiuntur quoque in ea ſcripta quaedam recentiora, manu exarata, et inſignis Deductionum ſic dictarum numerus. Vid. IACOB. EBERH. FEVERBACHII, Rectoris Laubacenſis, *Sicilimenta ad hiſtoriam Bibliothecae Solmenſis, quae in arce Laubacenſi aſſeruatur*, *Giſſae* 1743. *in* 4. et BIDERMANNI *Acta ſcholaſtica*, *Volum.* III. *pag.* 234.

Pag. 512. lin. 18. *P. I. p. 3. ſq.*) ubi exſtat *das Andenken des Urſprungs und des Wachsthums der öffentlichen Bibliothec in Lauban*, quod ſcriptum SAM. SEIDELIO debetur, docente id BIDERMANNO in *novis Actis ſcholaſticis Vol.* I. *pag.* 329. isque deinceps *pag.* 533. *ſequ.* hoc ipſum omiſſo prologo et epilogo, inſeruit integrum. Flammis hanc Bibliothecam in bello nupero, quod ſeptem per annos inter domum Auſtriacam et Boruſſicam gerebatur, deletam, vel gravi ſaltim damno adflictam fuiſſe, aliquando audivi, ſed certioribus deſtitutus documentis rem nunc quidem in medio relinquam.

Pag. 515. lin. 15. metallicos) quingentorum amplius Voluminum nitide compactorum, vt partim caet.

Ibid. lin. 24. Poſtea innotuit mihi liberalitas Erneſt. Chriſt. Comitis a Mannteufel, qui Bibliothecae Paulinae intulit Bibliorum perantiquum et rariſſimum Codicem; ſingularem Virgilii editionem, itemque Taciti; Volumen arcium et aedificiorum ſplendidiſſimorum in Sueciae regno aere expreſſorum, omnia Wolfii et Reinbeckii ſcripta, et plura alia, teſte GOTTSCHEDIO in *orationibus germanicis pag.* 400. ubi exſtat

exſtat eiusdem *Ruhmvolles Andenken des Herrn Reichsgrafen von Mannteufel.* Noviſſime ex teſtamento acceſſit *Ioh. Gottlob. Boehmii* Bibliotheca hiſtorica inſignis, quae ſex millia quingenta ac tredecim Volumina complectitur. Recepta fuit a bibliothecariis per tres Aprilis dies a. 1782. locoque ſeparato a reliquis collocata.

Pag. 516. lin. 10. iſtorum) quae nunc ſupra bis mille codices exhibent Indicem cet.

Ibid. lin. 19. perdifficilis) de quo mille circiter annorum Codice praecipue erudite memorat IOH. AVGVST. ERNESTIVS in *Praefatione*, *Tomo* I. *Operum Homeri*, *Lipſ.* a. 1759. praefixa.

Ibid. lin. penult. *Theodori*) *Studitae Catecheſes maiores*, ſive 217. Orationes de plurimis doctrinae chriſtianae capitibus, eiusdem *teſtamentum ad diſcipulos*, et *Naucratii de Studitae morte* Epiſtola ad fideles, Graecus quingentorum annorum Codex, isque nitidiſſimus, quem ſcite depinxit BOERNERVS in *Orationibus et Recitationibus* ſuis, *Lipſ.* 1751. in 8. p. 233. *ſeq.* Nec praetermittenda eſt *Macarii* cuiusdam *de exceſſu animarum narratiuncula graeca*, quam cum prioribus Studitae, ſe deſcripſiſſe partim, deſcribendam dictaſſe cet.

Ibid. not. *) lin. 6. 1747.) quam ipſe copioſe recenſuit in *der Sammlung verſchiedener hiſtor. Nachrichten*, *Part.* V. p. 473. ſeq.

Pag. 518. lin. 14. *queat.*) Praeter hos codices ſervatur quoque codex graecus ibidem Exodi particulam, Leuiticum, Numeros et partem Deuteronomii continens, quae graecae verſionis fragmenta celeb. IOH. FRID. FISCHERVS duobus Voluminibus Lipſiae 1767. et 1768. in 8. prodire curavit. Caeterum idem FISCHERVS iudicat, codicem hunc venerandam prae ſe ferre antiquitatem, et ad aetatem annorum ſeptingentorum aſſurgere.

Pag.

Pag. 523. lin. 24. p. 597. ſq. et *Selecta epiſtolici commercii Vffenbachiani, Part.* I. *pag.* 6. ſeq. Neque ſilentio praetermittendus eſt Codex hebraicus *Pentateuchum* cum aliquot hagiographis libris continens, de quo nonnulla memoratu digna obſervarunt WOLFIVS *Biblioth. hebraic. Tom.* II. *pag.* 314. et KOECHERVS *Bibliothec. nov. hebraic. Part.* II. *pag.* 29.

Pag. 524. lin. 7. exponat.) Poſt obitum *Ge. Chriſtoph. Kreyſigii*, Hiſtorici Dresdenſi, qui anno 1758. euenit, Bibliotheca ipſius Hiſtoriae Saxoniae ſuperioris, ex operibus excuſis atque manuſcriptis congeſta, aequiſſimis conditionibus Senatoriae Lipſienſi illata eſt, teſtante id HENR. GOTTLIB. FRANCKIO in Praefat praemiſſa *Tomo* III. *Diplomatoriorum* ſeu *Scriptorum Hiſtor. german, medii aeui*, a SCHOETTGENIO et KREYSIGIO collectorum p. 25.

Pag. 526. lin. antepenult. *Codicem*, (ab ipſo depictum in IACOB. LE LONG *Bibliotheca ſacra Lipſiae* a. 1709. cura eius recuſa, Part. I. pag. 399)

Pag. 529. lin. antepen. *excedit*,) nunc vero, ut ex noviſſimis documentis conſtat, viginti certa millia ibidem aſſeruantur.

Pag. 530. lin. 1. ducunt.) Nunc longe maiores copias oſtendere poteſt Bibliotheca cet.

Ibid. lin. 6. inſtructam.) Accepit Bibliotheca copioſum hunc, qui quinque Voluminum excedit millia, nitidum, praeſtantiſſimosque et rariſſimos partim libros continentem adparatum a. 1759. poſt mortem b. Poſſeſſoris. Idem addidit, ut quotannis augeri poſſet, legatum ſedecim millium Marcarum Lubecenſium. Plura hac de re vid. in *Novis Actis Vinarienſibus hiſtorico-eccleſiaſt. Vol.* II. p. 66. *ſeq.*

Ibid. lin. 24. *p. 109 ſq.*) De multis libris rarioribus ante ſaeculum XV. excuſis legi meretur IOH. GE. GESNERI *Verzeichniß ſeltener Bücher, die in der Lübeckiſchen Bibliothek eines hochweiſen Raths befindlich ſind.*

find. Partes exſtant octo in 4. plerisque plagulas tres explentibus, eaeque prodierunt *Lubecae* ab *anno* 1769. usque ad a. 1777. Secutae ſunt a. 1778. et 1779. aliae. Partes III. eiusdem argumenti, in quibus et rariores libri Bibliothecae *Scharbauienſis* recenſentur. Plures meditatus fuerat Auctor, iamque aliquot plagulas prelo paraverat, ſed mors a. 1779. interrupit eius conatus. Docet haec vita eius a Clariſſ. IO. DANIEL. OVERBECKIO eodem tempore in fol. excuſa. Nunc a. 1782. *ibidem* nova editio, nec tamen ſatis correcta, in 4. prodiit ſtudio LVDOV. SVHLII, paſſim mutata, et variis acceſſionibus locupletata.

Pag. 536. poſt lin. 2. *Manhemenſis* Bibliotheca aulica in tribus tabulatis librorum philoſophicorum, elegantis litteraturae, itemque iuridicorum ac theologicorum quadraginta Voluminum millia excedit, qui adparatus, praeter ſcripta manu exarata, auſpiciis Caroli Theodori inde a viginti circiter annis (ſcribo haec anno 1780.) collectus eſt. Eodem accepimus tempore a Principe hoc laudatiſſimo Petri Victorii, Philologi apud Italos ſaeculi XVI. clariſſimi, ſupellectilem librariam, codicibus etiam manuſcriptis inſignem, Romaeque adſervatam, aere ſuo comparatam fuiſſe. Legi hic de priſtino poſſeſſore eiusque adparatu librario ſingularia in *den Rheiniſchen Beyträgen zur Gelehrſamkeit*, (*Manhem.* 1780. in 8. *Part.* VII. p. 37. ſq. Auctor huius notitiae eſt praefectus Bibliothecae, MAILLOT de la TREILLO, vir illuſtris. Numerus librorum, primum et optime in Italia editorum, ſuperat quadringenteſimum et quinquageſimum, iisque accedunt manu exarati, qui ad ſaeculum XV. pertinent, et partim ſunt non contemnendi pretii. In hac ipſa Bibliotheca electorali quoque exſtat collectio memorabilis Mſtorum, quae olim Camerarius poſſedit, et ab haeredibus eius,

peril-

perilluſtris *Lamey* commendatione a principe Electore hodierno, mille ac ducentis florenis empta fuere. Pertinent eadem ad hiſtoriam Reformationis Lutheranae, cum civilem tum litterariam. Pleraque ex Epiſtolis conſtant, a ſummis Principibus, Pontificibus Romanis, hominibusque doctrina celebribus perſcriptis. Multa ſane Volumina plena ſunt rerum Suecicarum. Nova itidem *Manhemii* Bibliotheca infra tabularium ante annos ſex et viginti circiter extructa, quadraginta vel quinquaginta Voluminum millia continere refertur.

Marburgenſis Vniverſitatis Bibliothecae Mauritius, Haſſiae Landgravius, eam, intercedente Ioh. Goeddaeo donavit, quam Comes Diezenſis, Ziegenhainii mortuus, reliquerat, tunc ſeptingentis florenis aeſtimatam. Vid. *Hiſtorie der Gelehrtheit derer Heſſen* a. 1729. *Trimeſtri* I. *pag.* 16.

Ibid. lin. 10. poteſt,) praeter legatum Ioh. Mich. Weinrichii, Theologi Meinungenſis, de quo vid. *Lexicon Eruditor. Joecherianum* v. *Weinrich*, *edit. nouiſſ.* Ille ſcilicet a. 1727. caelebs mortuus Bibliothecae Ducali librorum ſuorum ac numiſmatum adparatum, una cum ducentis Imperialibus ad augendam eandem, centumque Imperialibus Bibliothecario deſtinatis, reliquit. Nec dubitandum ergo eſt, quin hac noſtra aetate Bibliotheca illa Ducalis novis locupletetur ſemper doctrinae ſubſidiis.

Ibid. lin. 14. condita eſt,) et nunc in ſcriniis nuceis, ſculpturaque egregia ornatis, adſeruatur, nuper cet.

Ibid. lin. 28. Bibliotheca) cuius primus ſtator ſaeculo XV. fuit Petrus Micte de Caprariis, haud contemnenda librorum eodem ſaeculo impreſſorum copia cet.

Ibid.

Ibid. lin. ult. significat.) Conf. idem in diatriba praeliminari QVIRINI libro *de optimorum scriptorum editionibus Romanis* praemissa, p. 21.

Pag. 542. lin. 30. dictum est Cap. II. §. 20.) De Bibliotheca Moguntiae *academica* haec observavi in BERNOVLLII Reisen, Volum. VI. *pag.* 281. 297. eandem scilicet esse anno 1740. a Principe Electore tunc vivente conditam, ac sua privata locupletatam, tribusque fere Codicum manu exaratorum millibus superbire. Complura saeculo octavo scripta, vna cum insigni copia librorum ad primum saeculum typographicum pertinentium in eadem adservari dicitur. Antiquiorem bibliothecam in bello tricennali a Suecis direptam esse, et inde suspicionem ortam fuisse, quod Guilielmus Dux Vinariae Moguntiam sibi vindicaveret, idem refert BERNOVLLIVS, quae an recte se habeant, iam quidem inuestigare adcuratius non licet. Hodiernis temporibus haec ipsa Bibliotheca quingentorum ac millium Voluminum numerum continet. Praeterea adiecta sunt supra duodecim et centum Volumina, quibus accessit collectio dissertationum iuridicarum et historicarum *Hellfeldiana*, ab haeredibus pristini possessoris *Ioh. Aug. Hellfeldii* ICti Ienensis quondam celeberrimi coemta, eaque longe copiosissima. Conf. *Jenaische gelehrt. Zeitung.* a. 1784. *Scid.* IV. *pag.* 33.

Ibid. lin. 31. illa) ab Alberto V. Sapiente, Duce Bauariae, saeculo XVI. condita est. Ita enim VALENTIN. ROTMARVS *Almae Ingolstad. Academiae Tom.* I. *Ingolst.* a. 1581. *in* 4. p. 42. scribit. *Bibliothecam instituit Monaci praestantissimam, itaque et varietate et copia librorum instructam, ut superior nullibi terrarum haberi praedicetur.* Id novimus quoque, fundamentum eiusdem fuisse privatam Codicum manuscriptorum, librorumque typis excusorum supellectilem, quam laudatissimus Princeps ex Italia secum tulerat. Postea

in

in tristissimo — — multum eadem locupletata est. Probat caet.

Pag. 543. lin. 12. Msta) quorum pars praecipua memorato Alberto debetur, ibidem cet.

Pag. 544. lin. 7. in 4.) plagulis duodecim prodiit cet.

Ibid. lin. 16. *Tom.* II. p. 138.) lege, *Tom.* I. p. 138.

Ibid. lin. 18. *p.* 587. *seq.*) Sed vid. SCHELHORNIVS in *Commercio epistolico Vffenbach. Part.* I. pag. 104. quo et in loco de memorato Codicum Graecorum Catalogo fusius disseritur, adlato simul Auctario manu Matthaei Raderi scripto, et nondum evulgato. Ibidem *pag.* 105. discimus, Bibliothecam Ioh. Albert. Widmanstadii, quae primum transierat ad Ge. Sigism. Seldium, S. R. I. Procancellarium, in thesaurum Electoralem Bauaricum iam olim cum tota supellectile Widmanstadii orientali immigrasse. Adesse in hac Bibliotheca electorali mille et amplius libellos manuscriptos, inter quos numerantur viginti volumina formae maioris ab *Aventino*, notissimo Bavarorum Historico relicta, quoniam non omnia, uti quidem optaverat, divulgare ipsi licebat, tradit BERNOVLLIVS in *der Sammlung kurzer Reisebeschreibungen* (*Altenb.* 1781.) *pag.* 86. De Codice evangeliorum litteris aureis in membrana purpurea saeculo IX. Vid. PHIL. GVIL. GERCKEN *Reisen durch Schwaben, Bayern cet. Stendaliae* 1783. *in* 8. *Part.* I. pag. 328. seq. ubi et plura notatu dignissima de hac et aliis Bibliothecis Bauaricis, praecipue ea, quae in Monasterio Pollingensi ostenditur, observata sunt.

Ibid. lin. 21. primum.) Nunc plura de iisdem indicavit IO. LVDOV. BIANCONI in *Epistolarum Decade de memorabilibus aulae Bauarae urbisque Monachii, Epist.* IV. *pag.* 40. seq. interpretat. german. quae *Lipsiae* 1762. *in* 8. ex authentico Italico adornata est. Dignus utique

utique libellus iucundiſſimus eſt, qui totus attente legatur.

Ibid. lin. 22. Bibliotheca *Theatinorum* pretioſa *ibidem* a. 1771. m. Ianuario incendio abſumta eſt.

Ibid. ad not. *) lin. 2. lege Hohenburg.

Ibid. lin. 5. chronologicus) qui in hoc ipſo articulo ſtatim obſervatur. Certum eſt quippe, Hohenburgium non anno 1522. ſed anno 1622. vivis eſſe ereptum. Parens enim eius floruit medio ſaeculo XVI. Conf. *Arbeiten der Gelehrten im Reiche, Parte* VII. *pag.* 581. *ſeq.*

Pag. 545. lin. 8. ad fin.) Ante aliquot annos Iodoc. Herm. Nunning, Canonicus Vredenſis, a. 1753. exſtinctus, Ciuitati egregiam ſuam librorum collectionem, eo quidem conſilio, ut publica eſſet eius poſt obitum, reliquit teſtamenti tabulis. Vid. STRODTMANNI *Neues gelehrtes Europa*, Part. III. *pag.* 784. *in fine.*

Ibid. lin. 25. continentes.) De Bibliotheca *ſcholae Nordhuſanae* Progr. lingua germanica ibid. a. 1757. publicavit IOH. ANDR. FABRICIVS, cuius recenſio exſtat in *der critiſchen Bibliothek*, *Volum.* IV. *pag.* 580. *ſeq.* Videmus exinde, Webero et Goldhagenio, Rectoribus ſupellectilem illam coaceruatam liberalitate variorum Muſis amicorum fuiſſe, primamque ibi reperiri Cornelii Nepotis editionem Venet. a. 1471. *in fol.* excuſam.

Pag. 547. lin. 6. *Morderi.*) Icti Norici, ipſiusque cet.

Ibid. lin. 11. Bibliothecario,) ſaeculo XVII. et aliis cet.

Ibid. lin. 29. Codices *Bibliorum* plurimi) etiam hebraici plures, quos obſervarunt variaque de iisdem memorant WOLFIVS *Bibliothec. hebr. Tom.* II. *pag.* 316. et KOECHERVS *Bibliothec. nov. hebr. Part.* II. *pag.* 29. Imprimis autem de illis legendus eſt IOH. ANDR.

MICH. NAGELIVS in differt. *de duobus codicibus manu fcriptis Veteris Teftamenti Bibliothecae publicae Norimbergenfis*, *Altorf*. 1772.

Pag. 549. lin. antepenult. in textu: Bibliotheca.) Inter hos et antiquiffimi Codices Bibliorum exftant, adcuratius defcripti a GEORG. WOLFG. PANZERO in *der litterar. Nachricht von den alterälteften gedruckten deutfchen Bibeln*, caet. *Norimb.* 1777. *in* 4.

Pag. 550. lin. 2. *p. 12.*) Nec perfecit hoc ipfum CAROL. CHRISTIAN. HIRSCHIVS, in hoc Opufculo multis acceffionibus et obfervationibus augendo quondam occupatus, tefte WILLIO im *Nürnbergifchen Gelehrten Lexicon*, *Part.* II. p. 136. Idem complures Codices manu exaratos defcribere inceperat, cuius laboris fpecimina quinque dedit BERN. FRID. HVMMELIVS in *der neuen Bibliothek von feltenen Büchern*, *Vol.* II. p. 106. 115. Maxime notari meretur *Evangeliftarium Graecum*, feptingentorum circiter annorum Codex, de quo plura leguntur in *litterarifchen Mufeo* Altorfino, *Vol.* I. *Part.* IV. artic. 1.

Pag. 551. lin. 8. proferendo.) Add. WILLII *Nürnberg. Gelehrt. Lexic.* P. I. p. 269. De erudito colloquio Leopoldi Imperatoris eiusque comitum cum Dillherro, quum ifte a. 1658. Bibliothecam Noribergenfem excuteret, lectu digna memorat CAROL. CHRISTIAN. HIRSCHIVS in KOHLII *Hamburg. Briefwechfel der Gelehrten*, a. 1750. *Part.* XLIII. p. 673. feq. Quae modo dicta funt de Senatus Norici cura, Bibliothecam hanc amplificandi, ea confirmantur in Viri Illuftris, IOH. CONR. FEVERLINI Supellectile libraria, *Suobaci a.* 1768. *8. mai.* edita, ubi *p.* 377. non fine voluptate legi, ADAM. RVDOLPH. SOLGERI adparatum librorum, cuius Catalogus, notis litterariis exornatus a. 1760-1762. Partibus III. prodiit, anno 1766. munificentia laudati Senatus quindecim florenorum millibus coemtum Bibliothecae publicae adiectum fuiffe.

Ibid.

Ibid. lin. 28. Bibliothecarius.) Successit a. 1776. nova huius Catalogi editio *in 8. mai.*

Pag. 552. lin. 5. *fuerat.*) Octo Voluminum millia eam complecti supellectilem Dillherrianam, testatur WILLIVS loc. citato.

Pag. 554. lin. 5. 1728. 4.) quod scriptum recensetur in *Abriß von dem neuesten Zustande der Gelehrs. Volum.* II. p. 571-581. Auctoris ex sententia Codex hic saeculo VII. scriptus videtur.

Ibid. lin. 24. p. 127.) Legi nunc etiam meretur MVRRII *Beschreib. der vornehmsten Merkwürdigkeiten in der Reichsstadt Nürnberg*, liber, ut alio loco dixi, *Norimb.* 1778. *in 8.* editus. Haud ita pridem celeb. SEMLERVS in *Vita* sua a se ipso perscripta, *Part.* I. *pag.* 162. memoravit, Bibliothecam publicam Norimbergensem copia librorum rariorum, eorumque magni pretii, cumprimis ex seculo XV. et XVI. Collectione item scriptorum minorum, Deductionum ut vulgo dicuntur, librorumque exaratorum manu recentioris aetatis abundare.

Pag. 555. lin. 23. *inserta sunt.*) Inde ab a. 1768. innotuit viris litteratis Bibliotheca *Feuerliniana*, cuius iam supra mentionem feci, egregia profecto, et Icti huius doctissimi amorem in litterarum studia ardentissimum luculenter comprobans. *Accessiones* ad eandem Volumen alterum Catalogi continentes *Norimb. a.* 1779. *in 8. mai.* prodiere.

Pag. 556. lin. 19. quae,) a Guilielmo Friderico anno 1720. colligi coepta, viduaeque, Christianae Charlottae, curis aucta, tandem auspiciis cet.

Ibid. lin. 21. p. 413.) et BÜSCHINGII *Neuer Erdbeschreib. Part.* III *Volum.* II. *pag.* 1745. *edit. tert.*

Pag. 557. lin. 4. complectitur) atque aetatem seculorum praefert, filius cet.

Pag. 558. lin. 11. p. 353.) Anno etiam 1778 reliquit eidem insignem suam supellectilem librariam

iam antea donatam, Ioseph. Steplingius quondam Societati Iesu adscriptus, Praesesque ac Director Ordinis Philosophici. Ex libris, qui bis adfuerant in Bibliotheca Caesarea Vindobonensi, quatuor voluminum millia supellectili academicae accreverunt.

Ibid. lin. 14. hoc) et superiori saeculo — — Sternbergiana aliisque obtinuit.

Ibid. lin. 17. *Zeit l. c.*) Condita est cum ipso Collegio a. 1560. munificentia Ferdinandi I. Imperatoris. Egregia incrementa cepit supellectile libraria, quatuor Voluminum millia superante, Ferdinandi Ernesti, Comitis ab Herberstein, quae coemta fuit. Plura de eadem, alibi haud obvia, legi queunt in SCHERSCHIKII *Abhandl. von der Clementinischen Bibliothek*, quod scriptum exhibent die *Abhandlungen einer Privatgesellschaft in Böhmen*, auctore *Ignatio*, Nob. domino a *Born* (*Pragae* 1776. *8. mai.*) *Vol.* II. p. 258.-286. Eo ipso anno Bibliothecam hanc sedecim Voluminum fere millia habuisse ibidem narratur. Maxima in eam sunt merita illustrissimi Comitis Kinsky, qui multas cum ea coniunxit bibliothecas privatas. Vid. MEVSELII *histor. Litteratur*, a. 1781. *Part.* VIII. *pag.* 180.

Ibid. lin. 25. in Caesarea.) Conf. BÜSCHINGII *neuer Erdbeschreib. Tom.* III. *Part.* I. titulo: *von Vnter-Oestreich*, *pag.* 262.

Pag. 564. lin. 17. Helmstadiensis.) Msta tamen desiderantur cet.

Pag. 565. lin. ult. Academicae.) De munificentia Ioseph. Andr. Zaluski, Maecenatis Poloni vid. *die gelehrten Rostockischen Nachrichten*, *a. 1755. Zwote Beylage pag.* 102. Nunc igitur ea Bibliotheca decem cet.

Pag. 568. lin. 2. *p. 743. sq.*) Successit et alterum. Vtrumque autem nunc exstat in Auctoris *Exercitationibus*

nibus scholasticis, *Norimb.* a. 1780. in 8. ab HARLESIO collectis.

Rudolstadium binas nunc Bibliothecas, anno 1759. usibus publicis dedicatas offert, altera, quae *Fridericiana* dicta, iampridem condita, in sede Principis conspicitur: altera spectat ad templum civitatis, et legata variorum pecunia, librariaque supellectile, non exiguis incrementis aucta est. De utraque *Nova Acta histor. ecclesiastica Vinariensia*, *Volum.* II. *pag.* 57. *seq.* consuli possunt.

Bibliothecam Clericorum Augustin. Regularium, quam *Sagani* in Silesia habent, septem Voluminum millia custodire, interque haec ingentem editionum antiquissimarum, cum Operibus manu exaratis, adparatum complecti, memoratur in *den gelehrten Neuigkeiten Schlesiens*, a. 1737. p. 548. pluraque de eadem notatu digna in paginis sequentibus leguntur.

Pag. 570. lin. 20. *p.* 304. *sq.*) Conferantur etiam ALBERT. GEORG. WALCHII Programmata tria Germanica *de antiquioribus libris lingua patria excusis et in Bibliotheca Schleusingensi obviis.* Ibid. 1772. 1773. 4.

De Bibliothecae *Schneebergensis* origine, fatis et libris rarioribus DAN. TRAVGOTT MÜLLERVS *ibid* a. 1757. sq. Programmata VII. in 4. edidit, de quibus vid. die *Leipz. gel. Zeitung.* a. 1759. p. 931. et 1761. p. 454. Habet imprimis praestantissimos Patrum ecclesiasticorum Codices manu exaratos.

Ibid. lin. 29. tamen) a. 1619. renovata, et variis cet.

Ibid. lin. 30. Praecipue memorandi sunt Georg. Mich. Balduinus, Ictus, et Andr. Müllerus, qui, relicta Praepositi Berolinensis sparta, privatam egit vitam, ac Sedini a. 1694. obiit. Ille libros suos iuridicos: hic philologicos, maxime Orientales, eosque Mstos etiam, legavit Bibliothecae, qua de re,

 quod

quod ad Mullerum attinet, vid. IOH. CARL CONR. OELRICHS *fortgesetzte histor. diplomat. Beyträge zur Geschichte der Gelahrheit, besonders in Pommern, Berol.* 1770. *in 4* pag. 63. seq. Anno autem 1710. — — — Consiliarii quondam Ranzovii Comitis, post vitam agentis privatam, libraria supellectile, classicorum Auctorum scriptorumque historicorum optimorum copia eminenti, quam ante cet.

Ibid. lin. 33. amantissimus.) Vid. IOH. SAM. HERING — — — *Sedini*, a. 1725. 4. p. 41. in notis, p. 45. et 54. Tandem Matth Henr. a Liebeherr, Palaeo-Sedinensis, haeredes liberaliter obtulerunt a. 1754. Bibliothecam, Scriptorum Pomeranicorum, a defuncto magnis quondam sumtibus magna industria collectam, qua de re plura videri possunt in doctissimi Viri IOH. CAR. CONR. OELRICHII *historischer Nachricht von einer ansehnlichen Schenckung gedrukter Schriften an die Bibliothek des königl. Gymnasiums zu Alten-Stettin.* Sedini 1755. 8. Addantur BERNOVLLII *Reisen*, *Part* II. p 114-123. Iam XV. prope Voluminum millia omnis complecti supellex dicitur.

Servestani Gymnasii academici Bibliotheca, cuius origo mihi est ignota, beneficio Christ. Aug. Schmidii a. 1766. non contemnendum librorum adparatum accepit ex testamento, conditionibus admodum proficuis Vid. IOH. LVD. ANT. RVSTII *Nachrichten von verstorbenen Anhaltischen Schriftstellern*, *Part.* I. p. 128

Pag 571. lin. 24. supellectili.) Catalogum Codicum manu exaratorum, maxime autem theologicorum, qui saeculum XIV. praeferunt, OELRICHIVS inservit *den historisch. diplomatischen Beyträgen zur Geschichte der Gelahrheit*, *Berol.* 1767. in 4. *num.* VI. p. 122-134.

Pag. 572. lin. 13. PATINVS,) Historiamque IOH. CHR. VOLZIVS singulari exposuit Programmate, obvie

vio in HENR. GVIL. CLEMMII *Novis Amoenitatib. litterar. Stuttgard.* 1762. *in 8. mai. Fasc.* I. *pag.* 1. ſq.

Ibid. lin. 19. compoſitam.) Integram ſupellectilem ſuam, eamque locupletiſſimam CLEMMIO teſte loc. cit. legavit huic Bibliothecae, annoque 1677. reliquit Nicol. Mylerus ab Ehrenbach.

Ibid. lin. 20. pro exſtat lege exſtare dicitur.

Ibid. lin. 26. edito.) Poſt hunc vero uberiori ſermone de tanto cimelio diſſeruit CLEMMIVS *Amoenitat. academic. Faſcic.* II. *Stuttgardiae*, 1754. 8. *pag.* 151. *ſeq.* Sed ſi CLEMENTII dubia perpendas adcuratius in *Bibliothéque des liures difficiles à trouuer*, Tom. III. pag. 319. ſeq. nondum rem adeo certam credes forte mecum, uti quidem et *Bengelius* et *Clemmius* perſuadere orbi litterato ſtuduerunt. Certius eſt, exſtare ibidem codicem hebraeo-biblicum, praeter Pentateuchum libros Megilloth, Haphtaroth et librum Iobi continentem, quem peritiſſimi Critici ante inventae typographiae tempora collocant. Vberius et elegantiſſime eundem deſcripſit IOSEPH. FRID. SCHELLINGIVS in peculiari libro de hoc codice edito, qui prodiit *Stuttgardiae*, 1775. *in 8.* vid. KOECHERVS *Biblioth. nou. hebraic. Part.* II. *pag.* 34.

Pag. 573. ad lin. 24. finem. p. 208) Idem vir ſummus, ut ex litteris publicis intellexi, anno 1780. ipſe donavit Academicae Bibliothecam admodum pretioſam.

Tridentini Epiſcopi Bibliotheca Codices habet manu exaratos 280. et membranaceos, et chartaceos, quorum pars eſt bonae notae, varioſque etiam ſcriptores Graecos ac Latinos complectitur. Catalogus eorum, caeterorumque in Tabulario ſanctiori et Bibliotheca Capituli adſervatorum, confectus eſt a IOH. BENED. GENTILLOTTO. *Exſtat in Monumentis eccleſiae Tridentinae*, *Volum.* III. *Parte altera Tridenti* a. 1765. *in 4 maiori* emiſſa, *pag.* 365-403.

Ibid. lin. 25. *instituta*) *Tubingensis* Bibliotheca iam satis pro conditione temporum copiosa, anno 1534. una cum Voluminibus manu exaratis documentisque compluribus *Ioh. Stoeffleri*, item Operibus mechanicis incendio periit. Tum ab anno 1562. novus collectus est adparatus, *Grempiana* accessione a. 1583. insigniter auctus. Is quippe ultra bis mille ac sexcentos continentes libros legavit, postquam anno 1573. filium unicum Paduae, annoque sequenti uxorem amisisset. Eo igitur translata, possessore mortuo, est haec Bibliotheca separatim collocata. Tandem a. 1751. melius disposita academica fuit, egregiisque Voluminibus locupletata. Teste BOCKIO in *der Geschichte der Vniversität Tübingen*, p. 30. 73. et 282. haec omnia scripsi.

Ibid. lin. 28. Grempius) de Freudenstein, Rei publicae cet.

Ibid lin. penult. *maiori*.) Add. ANDR. CHR. ZELLERI *Merkwürdigkeiten der Stadt und Vniversität Tübingen*, p. 445. 705. *seq.*

Pag. 5·4. lin. 3 in nota) Anno denique 1778. eo ipso tempore, quo iubilaeum tertium celebrabat Academia, largitione multorum Musis faventium, magnus pretiosiorum operum numerus illatus est huic Bibliothecae, qua de re vid. *Beschreib. des dritten Iubelfests der Vniversität zu Tübingen*, *Litt.* B. pag. 37 42

Ibid lin. 9. *edit. cit.*) Nec eandem carere Operibus manu exaratis, iisque non contemnendis, perspici potest ex IEREM. DAV. REVSSII *Beschreibung einiger Handschriften aus der Tübingischen Vniversitätsbibliothek*, *nebst Anzeige der verschiedenen Lesearten*, *Tub.* 1778. *in 8.* vid. *Götting. gel. Anzeig.* 1779. p. 139-141. item *die Berliner allgem. deutsche Bibliothek*, *Vol.* XXXVII. Part. II. p. 579 *sq.* quo ex loco perspicitur simul, nonnisi Polybii Codicem et Novi Testamenti frag-

fragmentum operose descripsisse Auctorem. Anno sequenti eadem forma addidit *Beschreib. merkwürdiger Bücher aus der Vniversitätsbibliothek zu Tübingen*, quo in libello duae Decades Operum ab a. 1468 1477. excusorum diligentius depinguntur.

Ibid. lin. 12. *p.* 57.) itemque GODOFR. DAN. HOFFMANNVS V. C. in Diss. *de Codice iuris Feudalis Longobardici libro*, *Tub.* anno 1760. auctius edita, p. 80. seq.

Pag. 575. lin. 15. *mortuo fratre.*) Cum vero hic observante Lexico eruditorum anno 1723 vita excesserit, hanc Bibliothecam neutiquam anno 1722. Vinariam pervenisse patet.

Pag. 577. certissimae.) Asservatur quoque ibidem nitidissimum codicis manu exarati Pentateuchi hebraici exemplar ex Italia quondam Ienam deportatum, atque ex bibliotheca *Bohniana* in usum Bibl. ducalis Vinariensis coemtum, quod ipsum pluribus descripserunt IACOB WILHELM. BLAVFVSIVS in *vermischten Beyträgen zur Erweiterung der Kentniß seltener Bücher*, *Part.* I. *pag.* 316. 329. et IO. FRID. HIRTIVS in *der oriental. und exeget. Bibliothek*, *Part.* VI. *pag.* 261. 296. qui vero posterior delineationem suam nondum ad finem perduxit. Plura de eodem observavit KOECHERVS *nov. Biblioth. hebr. Part.* II. *pag.* 34. *seq.* Praeterea anno 1773. coemta et Bibliothecae huic illata sunt centum ac sexaginta septem Volumina historica manu exarata, quae Gottlieb. Adolph. Henric. Heydenreichius, aulae Consiliarius, et ab Archiuo secretiori, reliquerat. Bonam eorundem partem cum ab ipso possessore, tum ab aliis hominibus doctis recentiori aetate conscriptam recensuit MEVSELIVS *Volum.* IV. p. 488 - 501. *der Betrachtungen über die neuesten histor. Schriften.* Omnia vero exhibentur in Catalogo Biblioth. Heydenreichianae paulo antea edito.

Pag. 579. lin. 19. *pag.* 405.) Nova eiusmodi librorum, quorum uno pluribus exemplis instructa fuit Bibliotheca haec nobilissima, indicata est auctio a. 1757. quo etiam Catalogus prodiit *in 8.* Eius ex Praefatione, a Bibliothecario, IOH. CHRIST. BARTHOLOMAEI praefixa discimus, variorum etiam Principum Vinariensium Bibliothecas priuatas illatas esse publicae.

Pag. 580. ad initium §. XXI.) Agens olim de Bibliothecis Austriae meliorem obseruassem ordinem, si et ibidem *Vindobonensis* memorata fuisset. Sed neglectis his nunc maneant quidem eo in loco, quo hic illarum mentio iniicitur. In genere conferatur de Bibliothecis Vindobonensibus MATTH. FVHRMANNI *histor. Beschreib. der Residenzstadt Wien*, *Part.* III. *Viennae* 1770. *in 8.*

Pag. 581. lin. 11. summa mox) a. 1495. cura caet.

Pag. 583. lin. 9. leg. bienni.

Pag. 588. lin. 22. *p.* 414.) et GVIL. GOTTL. VANGEROW Comm. *de* PETRI LAMBECII in Bibliothecam Caesaream Vindobonensem *meritis*, *Halae Magdeb.* 1764. *in* 4. quae tamen schedae parum cum argumento suo conveniunt.

Pag. 589. lin. 5. cursu) anno 1699. naturae debitum reddidit eruditionis laude clarus, nec tamen comparandus cum Lambecio, minus enim liberalem.

Ibid. lin. 12. legatur loco a. 1700. potius 1706.

Ibid. lin. 19. gnarus) complures statim Codices desideravit a Lambecio Nesselioque in Catalogum relatos. Animadversum id, cum novum pararet Indicem cet.

Ibid. lin. 25. p. 924.) Continuavit simul opus Lambecianum, et libros decimum sequentesque alios quatuor elaboravit, in posterum edendos. Aucti thesauri cet.

Pag.

Pag. 590. lin. 1. Bibliotheca,) fexaginta Florenorum millibus coemta — — exponitur. Add. *Acta Boruff. ecclefiaft. civilia et litteraria*, *Tom.* II. *Part.* III. *artic.* 6. p. 457. Epitomen huius Catalogi concinnavit LENGNICHIVS in *den Nachrichten zur Bücher- und Münzkunde*, *Part.* I. *Gedani* 1780.

Ibid. lin. 17. Gentillottus) a 1723. ad Auditoris Rotae Romanae ac poftea Tridentini Epifcopi dignitatem cet.

Ibid. lin. 21. Caefareo;) et Alex. Riccardo Neapolitano, fub quibus Antonii cet.

Ibid. lin. 24. legata) *Nicolai* tamen *loc.* infra adfcribendo memorat, eam octo aureorum millibus coemtam effe, pretio nimis magno cet.

☞ Ibid. lin. 31. erravit.) Ita quidem fcripferam olim. Poft autem docuit me KOLLARIVS, hunc ipfum librorum adparatum, quatuor millia continentem Volumina, octo aureorum millibus comparatum fuiffe.

Pag. 591. lin. 12. ad finem.) Anno quoque 1725. quo Riccardus, Bibliothecarius fecundus obierat, fupellex eius libraria fex Florenorum emtus eft millibus ab haeredibus, et a. 1737. iuncta cet.

Ibid. lin. 18. p. 17. A. 1782. acceffit copia librorum rariorum ex relicta fupellectile Caroli, fupremi olim Belgii Auftriaci Gubernatoris. In ea — — — monumenta, quo 237. Codices manu exarati et 259. maximae formae Tomi pertinent, aeterni artis pictoriae et chalcographicae teftes, fervatur cet.

Ibid. lin. 27, remittimus.) Recufa eft eadem in IOH. REINH. WEGELINI *Thefauro rerum Sueuicar. Tom.* IV. *num.* 3. item nuper in MVRSINNAE *Biographia felecta* typis impreffa *Halae Magdeb.*

Ibid. not. *) lin. 6. in fine.) Pro hac autem Bibliotheca quindecim millium Voluminum fplendidiffime compactorum, Imperator haeredi Principis,

pis, ex fratre nepti, decem florenorum millia, quotannis soluenda, concessit, quae usque ad annum 1764. annua pensione soluta sunt, quo ipso anne mortuus est.

Pag. 592. lin. 1. *Tom.* XIV.) Eam ipsam Tabulam — — illustris vir, FRANC. CHRIST. de SCHEYB in GAVBICKOLHEIM, cum erudita dissertatione de antiquitate, auctore et fatis huius Voluminis autographi, *Vindobonae* a. 1753. in fol. mai. luci exposuit. Vid. *Relationes Goettingens. de libris novis*, *Vol.* I. *Fasc.* 4. p. 234. sq. *Acta Erud. lat. Lips.* a. 1754. p. 289. sq. itemque *das neueste aus der anmuthigen Gelehrsamkeit*, a. 1753. p. 405. 600. seq. Post Garelli — — — Spannagel cum Nic. Forlesia Custodes Bibliothecae praecipue fuerunt, horumque aetate cet.

Ibid. lin. 30. plus) octoginta millia adfuerunt. Iam ex libello, *Beschreibung aller Merkwürdigkeiten Wiens*, Vindob. a. 1779. *in 8.* edito discimus, trecenta circiter Voluminum excusorum, duodecim vero millia manu scriptorum in Bibliotheca Caesarea exstare.

Ibid. lin. 33. domicilium,) iam Leopoldi, Imperatores, inchoatae auspiciis, post Caroli VI. iussu a. 1723. continuatae novae cet.

Pag. 593. lin. 17. exhibuit.) Ipso de instituto uberius disseruit in *Catalogo* librorum a semetipso compositorum, *Vindob.* 1673. *pag.* 8-45.

Pag. 594. lin. 12. *p. 2216.*) In *Catalogo Bibliothecae Woogianae*, *pag.* 197. aliter etiam res exponitur, scilicet ancillam Lambecii, ad paranda ligna tenacissimi, coaceruata exemplaria fornaci sensim iniecisse. At addantur singularia quaedam de ipso partim Lambecio, partim eius Commentariis, in der *critischen Bibliothec*, *Volum.* II. *pag.* 143. seq.

Anno 1714. haec scripsit, et verissima esse retulit Ioh. Henrico Maio Zachar. Conrad. Vffenbachius: Divum

Divum Leopoldum Lambecio omnia Commentariorum ſuorum exempla in laboris praemium donaſſe, illaque apud ipſum, ut omnia, quae bibliopolarum ſumtibus non prodeunt, ſolent, latuiſſe, usque ad celeberrimi Viri morbum, mortemque, ubi ancilla, quae rei domeſticae inſeruiuit, ex defectu lignorum, ignem praeſtantiſſimo hoc opere accenderit, fornacemque calefecerit, atque ita ingentem exemplarium numerum Vulcano dederit Apollini Muſisque ſacratiſſimi operis. Vid. *Commercium epiſtol. Vffenbachian.* a SCHELHORNIO editum, *Part.* IV. *pag.* 224.

Ibid. lin. 32. vt procul) leg. et procul cet.

Pag. 595. lin. 6, *p. m.* 186.) item *die Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek*, *Tom.* VII. *Part.* 38. p. 173. ſeq.

Ibid. lin. 29. *p.* 91. *ſeq.*) Add. *Nachrichten von einer Hall. Bibliothek*, *loc. cit. p.* 177. Plagii etiam crimen Auctor manifeſtum commiſit, exſcriptis iis frequenter, quae Lambecius in Schedis ſuis reliquerat ad conficiendum Operis ſui librum nonum. Vtrumque cet.

Pag. 596. lin. 5. precamur.) Indicavit hoc inſtitutum *Vindob.* a. 1760. *in fol.* ſingulari Programmate ADAM. FRANC. KOLLARIVS, Aug. Bibliothecae primus cuſtos, vti uberius docent *die Götting. gel. Anzeigen*, a. 1760. *Stid.* LXXI. *pag.* 631. itemque *Acta erudit. latina* a. 1760. *m. Maio*, *num.* 5. p. 284. *ſeq.* Initium etiam factum, *Vindob.* a. 1766 - 1778. quibus libri V. Lambeciani, laudati Viri ſtudio, forma folii maiore prodierunt. In Tomo I. qui adcurate ampleque recenſetur in GATTERERI *allgem. hiſtor. Bibliothek*, *Part.* IX. *pag.* 159 - 195. a KOLLARIO diligenter adiecta fuere, quae poſt Lambecii aetatem ad bibliothecae hiſtoriam ſpectant.

Ibid. lin. 25. De aliis codicibus hebraicis, quae in biblioth. Caeſarea hac aſſervantur, varia obſervarunt

runt WOLFIVS *Biblioth. hebr. Tom.* II. *pag.* 320. et KOECHERVS *nov. Bibliothec. hebraic. Tom* II. pag. 32. *Psalmorum* Codicem magnificum, in 8. mai. litteris aureis membranae inscriptum, olimque a Carolo M. Hadriano I. Pontifici donatum, qui diu adservatus est in Templo Cathedrali Bremensi, saeculo autem superiori Bibliothecae Caesareae accessit, observat simulque recenset data opera IOH. PHIL. CASSELIVS in *der Nachricht von dem ehemaligen kostbaren Bremischen Lateinischen Psalter, Bremae* 1759. in 4. de quo scripto vid. *die Hamburgischen freyen Urtheile* a. 1759. p. 641. 649. et 657. sq.

Pag. 599. lin. 13. fuerunt.) Conditor fuit Ferdinandus I. Imperator.

Ibid. lin. 27. amatores.) Prodiit igitur Vindob. a. 1755. in *fol. maxim.* Opus insigne hoc titulo: *Numismata cimelii Caesarei Regii Austriaci Vindobonensis, quorum rariora Iconismis, caetera Catalogis exhibita, iussu Mariae Theresiae Imperatricis et Reginae Augustae, Pars* I. et II.

Nummotheca Principum Austriae eleganter descripta est et edita studio HERGOTTI et ALERII *Frib. Brisgouiae* a. 1752. forma maxima, atque *partem* I. *Tom.* II. *Monumentorum Augustae Domus Austriae* exhibet. Conf. die *freymüthigen Nachrichten den neuesten Zustand der Universität Wien betreffend. Leipzig*, 1774. *in 8.*

Caeterum adiicere his placet, quae observavi novissime in NICOLAI *Reisen, Volum.* IV. *pag.* 811-841. Summa relationis est sequens: Bibliotheca Caesarea in splendidissimo nunc aedificio collocata est. Codicum octo circiter millia adsunt. KOLLARII editio Operis Lambeciani prodiit *Vindobonae* ab *anno* 1766-1780 Tomis octo formae maioris. Additiones Editoris parui plerumque sunt momenti, et in Tomo saltim primo supplementa eius leguntur: in reli-

reliquis vel nisi singulae obſervationes leguntur. Multa in hac editione, nec ſine cauſa forſitan, deſiderat NICOLAI. Dolet idem, plurimam Codicum partem in eruditorum utilitatem nondum ſatis eſſe tractatam.

Aetate Gerhardi van Swieten, qui a. 1745. Bibliothecae curam ſuſceperat, ſex Bibliothecae illatae ſunt Caeſareae, ſcilicet privata Imperatoris ipſius; Garelliana; *Archiducum Auſtriae* in Stiria antiqua; ſupellex donata Comitis a *Starenberg*, vetus bibliotheca Ieſuitarum Vindobonenſium, ab iis admodum neglecta; ac denique privata Franciſci I. Poſt obitum Swietenii, ſelectiſſima etiam eius bibliotheca acceſſit Caeſareae, emta decem octoque florenorum millibus. Iam volumina totius adparatus librarii, ducentorum millium eſſe dicuntur.

Aegre autem complures ferent, varias lacunas obſervari, praeſertim quod ad recentiorem litteraturam pertinet, maxime deſiderari Graeca hiſtorica.

Hodie Director Bibliothecae huius ſupremus eſt *Godofredus van Swieten*, vir perilluſtris et filius tanto patre digniſſimus. Libri, qui bis adfuerant, Pragenſi ſunt Bibliothecae academicae illati, vivo adhuc Gerardo van Swieten, quod iam alio loco memoravi.

De aliis Bibliothecis, quae publicis commodis aperiri non ſolent, vid. NICOLAI laudatus *loc. cit.*

Pag. 601. lin. 4. explet.) De vita eius, primi collectoris memorabili legi utique meretur NICOLAI *Volum.* IV. *pag.* 841. *ſeiner Reiſen.* Acceſſit *Windhagianae* anno 1764. ſupellex libraria ſtatuum provincialium in Auſtria inferiori, quae Voluminum millia prope et quinque explevit. *Gſchwindtiana* duodecim voluminum millia continens, ſic eſt cum Windhage-

hageniana coniuncta, ut in eodem domicilio usibus publicis pateat.

Pag. 602. lin. 11. construentibus.) Anno 1531. Iohannem Fabrum, Episcopum insignem librorum adparatum huic Bibliothecae donasse lego in KHAUTZII *Versuch einer Geschichte der Oesterreich. Gelehrten, pag.* 31. Augustissima Imperatrix cet.

Ibid. lin. 19. commendabilem.). Alii contra de pretio eius, non admodum magnifice sentiunt. Nunc eadem, teste KOLLARIO, illata est Bibliothecae Caesareae.

Ibid. ad VI. ad verba, quae possidet) insignem partem librariae supellectilis Garellianae, filio relictae, eoque praematura morte exstincto, publicis usibus consecratae annoque 1748. donatam ab Augusta huic ipso Collegio illustri. Plura hac de re lectu digna reperies in *den Götting. Anzeig. v. gel. Sachen,* 1780. *Part.* 120. p. 281. ex DENISII *Merkwürdigkeiten der Kayserl. königl. Garellischen öffentlichen Bibliothek am Theresiano, Vindob.* 1780. in 4 *mai.*

Ibid. lin. 32. in fine.) *Academiae* etiam *equestris Statuum provincialium* in Austria inferiori, quam tetigit KUCHELBECKERVS *pag.* 680. et 701. accepit hoc saeculo Bibliothecam singularem, de qua in *Actis academicis, Lipsiae* a. 1733. in 4. editis, p. 274. haec leguntur: *Illustrissimus Volckra, S. R. I. Comes, pro singulari illo, quo Nobilitatem bonis litteris vacantem prosequitur, amore, Bibliothecam pulcram Academiae provinciali huius urbis donavit, atque ad illam melius adhuc instruendam suis sumtibus Bibliothecarium, pensione annua fruentem, ei praefecit. Non dubitandum est, quin alii hoc laudabile exemplum secuturi, hanc Bibliothecam secuturi, hanc Bibliothecam tempore ita sunt adaucturi, ut inter optimas aliquando locum habeat.* Nuper fama tulit, arbitrio Iosephi II. hanc Bibliothecam academiae Lembergensi esse destinatam.

Pag.

Pag. 603. lin. 10. Novissime de Bibliotheca Caesarea et aliis Vindobonensibus, varia iucunda lectu atque utilia reperiuntur in *den freymüthigen Briefen über den gegenwärtigen Zustand der Gelehrsamkeit zu Wien*, (*Francof.* et *Lipf.* 1775. *in* 8.) *pag.* 6-54.

Ibid. lin. 31. Lactantii,) quem magni aestimant, variorumque cet.

Pag. 604. lin. 16. *p.* 38.) Iam celeb. SCHROECKIVS laudabiliter praeest huic Bibliothecae, cui aliquando accedet insignis adparatus librarius eidem dicatus beneficio *Ioh. August. a Ponickau*, Serenissimo Saxonum Electori a consiliis belli intimis.

Iam ante aliquot annos vir de re litteraria praeclare meritus, *Christ. Ludovicus* ab *Hagedorn*, frater Poetae Hamburgensis, praeter opes suas omnes Academiae relictas, egregiam quoque supellectilem librariam et picturas cum iis, quae aeri incisae fuerunt, magnique profecto sunt pretii, legavit, sed lis inde forensis orta est, an ex voto Academiae diremta sit necne, mihi quidem ignotum est. Vid. FRID. NICOLAI *Beschreib. einer Reise durch Deutschl. Volum.* I. *pag.* 26.

Pag. 606. lin. 25. excellentem.) Referente WOLFIO *Biblioth. hebr.* asseruatur in eadem codex Pentateuchi hebraici cum Megilloth et Haphtharoth. Vid. ibid. *Tom.* IV. *pag.* 96. et SCHELHORNII *Amoenitat. litterar. Tom.* I. *pag.* 5. 6.

Ibid. lin. penult. *Kraftianae*) sub titulo: Catalogus bibliothecae *Raymundi Kraft de Delmensingen* caet.

Pag. 607. lin. 2. *Notitia*) edita sub titulo: *Notitia codicum MSS. Bibliothecae Raym. Kraftianae.*

Ibid lin 4. p. 775. Singulari quoque libello vir ille clarissimus ibid. a. 1740. *in* 8. exhibuit *designationem librorum quorundam, ab inuenta typographia ad annum usque* 1500. *excusorum, excerptam ex Catalogo*

splendidissimae Bibliothecae Raymundo - Krafftianae, *et ita adornatam*, *vt supplementi loco ad Cl. Maittairii annales typographicos haberi queat.*

Ibid. lin. 33. octo amplius voluminum millia cet.

Pag. 611. num. 7. lin. 1. leg. Bibliothecam.

Pag. 613. lin. 19. complent.) Anno 1753. medicos, quos collegerat, libros codicillo legavit huic Bibliothecae *Ioh. Christian. Glaserus*, quod obseruatur in *Schlesischen Büchersaal*, *Volum.* II. *pag.* 434.

Pag. 614. lin. 2. cum Masora) quem memorat WOLFIVS *Bibliothec. hebr. Tom.* II. *pag.* 321.

Ibid. lin. 32. *p. 358. sq.*) quibus iungi possunt laudati KELLERI Programmata duo (plura enim successisse non legi) *de Memorabilibus Bibliothecae Mariae Magdal. Vratislau.* 1740. et 1741. *in fol.*

Ibid. lin. antepenult. Bibliotheca *Elisabethana*) omnium Vratislauiensium princeps ad sacram cet.

Ibid. lin. ult. viro) de quo vid. *Lexicon erudit. Ioecherianum* voc. *Rehdiger*, *Tom.* III. p. 1973. *edit. nov.*

Pag. 615. lin. 31. Sebischius,) Centurio eruditissimus — — — a. 1689. annoque 1753. ex legato, quem paulo ante laudaveram, Glaseri adparatus eius scriptorum physicorum et physico - theologicorum accessit. cet.

Pag. 616. lin. 1. locupletari.) Novissime primarii quondam Vratislaviensium Theologi, IOH. FRIDER. BVRGII insignis librorum adparatus accessit, donatus a filia unica, ut voto parentis tacito satisfieret. Vid. *die Götting. gel. Anzeigen*, 1770. *Scid.* I. pag. 8. itemque *die Leipz. gel. Zeitung.* 1770. p. 792.

Ibid. lin. 11. *pag.* 274.) Videtur GOTTLOB. KRANZII opus esse, quod memorant *die gelehrten Neuigkeiten Schlesiens* anni 1739. *pag.* 491.

Ibid.

Ibid. lin. 25. auctores; *Digestum novum*, ex Archivo Curiae in hanc Bibliothecam translatum, quod Volumen characteris maioris et elegantis membranaceum quinque minimum saeculorum aetatem praefert, affirmante GEBAVERO in *Narrat. de Henrico Brenkmanno*, *pag.* 108.

Pag. 617. lin. 9. ex ipsa) filii ALEXII officina cet.

Ibid. lin. 19. p. m. 83.) Sed GODOFRED. SCHWARZIVS, etiam Theologus Vniversitatis Rinteliensis, exemplar Operis editi possidet, cuius continuationem mors ALEXII Comitis interruperat. Habet idem Schwarzius hancce continuationem manuscriptam 30. fasciculos, singulis quatuor vel sex plagulas continentibus folii formae, exhibentem, cuius editionem Lemgoviae anno 1774. scripto quodam germanico in 4. bibliopolis commendavit obtulitque.

Pag. 619. ad finem §. XXII.) De plurimis etiam, quas recensuimus, Vratislaviensium Bibliothecis varia notabilia congessit IORDANVS in *Epistola Gallica*, inserta *au Iournal litteraire d' Allemagne*, *à la Haye* 1743. *Tom.* II. *pag.* 331. *seq.*

Pag. 620. lin. 2. ad finem.) Bibliotheca illustrissimi Comitis regentis Christ. Ernesti, ab ipso *Wernigerodae* exstructa, et mense Aprili a. 1755. publicis consecrata usibus, quae iam insignibus litterarum subsidiis superbit, et in dies, Conditoris laudatissimi munificentia, pluribus copiis augetur. Vid. *die Götting. gelehrt. Anzeig.* 1755. *Scid.* LXXXI. p. 754. Vel solus Index Bibliorum, plurimis linguis editorum, eorumque partium, in Bibliotheca hacce *Christiano-Ernestina* exstantium, omnium in se oculos convertit, Lucem is adspexit *Wernigerodae a.* 1763. *in* 8. et plagulas octo cum dimidia complet. Tertia editio huius Indicis ad annum usque 1766. continuati, successit *Halae Magdeb.* a. 1766. *in* 8. *mai.*

Pag. 621. lin. 3. cognofci.) Supplementum huius Catalogi nunc 1751. prodiiffe, didici ex AVGVSTINI de BALTHASAR *Monumento* DAV. MEVII p. 50. neque tamen illud videre contigit.

Ibid. lin. ult. in fine.) Salva manfit Bibliotheca in fatali incendio, quo anno 1757. univerfa prope civitas, bello graviffimo adflicta, conflagravit.

Pag. 622. In fumma *capitis quinti* legas §. XIII. de ingeniis Polonorum, Pruffórum, Hungarorum cet. et poft mentionem factam §. XXII. inferas §. XXIII. Auctores, qui de Criteriis boni libri fcripferunt. Hinc §. demum XXIV. tractatur, quid in Bibliothecis cet. §. XXV. Quaenam excerpta cet. et §. XXVI. Bibliothecae quo modo cet.

Pag. 623. lin. 19. leg. iuftus loco iuftius.

Pag. 624. lin. 4. *confutent.*) Conf. omnino PETRI BVRMANNI Orat. *de Bibliothecis publicis earumque praefectis*, pag. 342. feq. loco illo, quo nunc exftat antea non divulgata, in *Orationibus* eius coniunctim editis *Hagae-Comit.* a. 1759 in 4. mai. De Parifienfibus cet.

Pag. 626. lin. 16. notitiam,) quae eft maxime neceffaria. Adfcribam hic verba ex BERNARDI *Nouvelles de la Republique des Lettres*, m. *Maio* 1705 *p.* 512. *Le Pére* Meneftrier *nous dit*, *que certain Bibliothecaire*, *qu' il a connu*, *auoit rangé au milieu des liures du Droit Canonique*, *et des liures eccefiaftiques de la Religion R. celui*, *que* Iaques Geuthier *a fait de* Iuré Pontificié. *ou il traite des Anciens Prêtres de la Religion Payenne* caet. *marque*, *que ce favaut Bibliothecaire n' en auoit uû*, *que la couverture.*

Pag. 628. lin. 21. exornat:) Item FONTENELLII *Praefatio* Volumini I. de *l' Hiftoire de l' Acad. roiale des Sciences etabli a Paris*, de qua honorifica nonnulla memorat CAMVSATVS in *Hiftoire des Iournaux*, *Tom.* II. *pag.* 171. edit. *poftremae.* Cf. HEVMANNI cet.

Ibid.

Ibid. lin. 30. *Parties.*) Celeb. IANOZKI in *Parte* I. *Lexici sui eruditorum hodiernorum in Polonia pag.* 74. addit his Praefationem *de Legum apud Polonos ortu et progressu*, quam STANISL. KONARSKI praemisit *Tomo* I. *Constitutionum et Statutorum Polonicorum*, *Warsaviae* 1732. *fol.*

Pag. 634. lin. 2. *selectis.*) Add. IOH. HILDEBR. WITHOFII Oratio de *immodico allegandi inter eruditos abusu. Duisb.* 1738. *in* 4.

Pag. 635. lin. 13. pro voce nostra leg. nostro.

Pag. 645. lin. 27. *in* 4. *maiori* pro *f. mai.* lege.

Ibid. lin. 31. De puero praecoci Bremensi vid. *Leipzig. gel. Zeit.* 1734. pag. 497.

Pag. 650. lin. 5. libertatem.) Itaque antiqua illa Scholasticorum Philosophia principatum adhuc tenet.

Ibid. lin. 8. *explosa.*) Nuper tamen laudatus ille Abbas strenue perrexit in oppugnanda Philosophia scholastica, novumque exhibuit exemplum, editis *Romae* a. 1753. *in* 8. *mai. de re metaphysica libris quatuor*, quantum ipsi placeat melior philosophandi ratio, quae nostra aetate dominatur. Accedit elegans viri dicendi genus. Plura hac de re vid. in *den Götting. gel. Zeitung. a.* 1755. p. 1098. *seq.* De novissima rei litterariae facie apud Lusitanos vid. *die wöchentlich. gel. Nachrichten zum Hamburg. Correspondenten*, a. 1763. *Part.* III. et *seq.* ubi occurrit *Schreiben eines gelehrten Portugiesen vom Zustand der Wissenschaften in Portugall.*

Ibid. lin. 25. delectantur.) Recte WESTPHALVS in docta *de statu rei litterar. in Europa* dissertat. *Cap.* II. *pag.* 17. *Iugum hocce*, inquit, *sub quo Hispani et Lusitani gemunt*, *terrores hi et fulmina*, *quae Inquisitio proiicit*, *eosdem auertunt a litterarum studiis recte*, *liberaliter ac tuto excolendis. Facit enim haec tyrannis*, *ut rationis usus abiiciatur*, *ingenia erectiora opprimantur*,

 erudi-

eruditorum opprimatur numerus. et via adſurgendi omnino praecludatur.

Ibid. lin. 31. Maianſius,) vir cum omnis aevi praeſtantiſſimis merito comparandus.

Pag. 651. lin. 2. *Grabeneri.*) Miſeram omnino foedamque Iurisprudentiae faciem, quae his temporibus apud eos conſpicitur, belle depinxit MAIANSIVS a. 1752. in Praefat. *diſputationibus Iuris* ſuis praefixa, quod opus prodiit *Lugd. Batav.* in 4.

Ibid. lin. 6. Zurita, et noviſſime *Ioh.* de *Ferreras.*

Ibid. lin. 18, praeterimus.) De Hiſpanorum ruditate vid. MAIANSIVS in *Epiſt.* 3. *libri* V. pag. 234. *edit. Lipſ.*

Pag. 652. lin. 8. videtur.) Idem obſervatur in MART. PANZANI Aragonenſis Preſbyteri, Opuſculo *de Hiſpanorum litteratura, Taurini* a. 1758. in fol. edito. Vid. die *Götting. gel. Anzeig.* 1759. *Scid.* 106. p. 919. Add. Patrum RAPHAELIS et PETRI RODRIGO MOHEDANO *Hiſtoria litteraria d' Eſpanna, Madriti* 1778. *in* 4. ubi et vitae praecipuorum virorum, qui litteris in patria inclaruere, vitae, ſcriptaque, critice examinata leguntur.

Pag. 655. lin. 24. debemus.) De noviſſimo ſtatu ſtudii hiſtorici apud Gallos multa diſſervit anno 1772. celeberr. GATTERERVS *Part.* I. *pag.* 45—151. *des hiſtoriſchen Iournals.*

Ibid. lin. penult infra) §. XIV. fuſius diſſeremus.

Pag. 657. Caeterum conf. hic omnino GVNDLINGII *Diſcours über die Staaten von Europa, Tom.* I. *pag. m.* 619. *ſeq.* et *zuverläſſige Nachrichten, Part.* 115. p. 486. *ſeq.* Quibus addantur *Acta Erudit. Lipſ. latina*, a. 1754. *m. Septembr. Parte* II. p. 575. et GEORG. GVIL. ALBERTI *Briefe betreffend den allerneueſten Zuſtand der Religion und der Wiſſenſchaften in Groſſ-Britannien, Part.* III. *pag.* 873. *ſeq.*

Pag.

Pag. 658. lin. 15. ſpectant.) Exempli loco eſſe poſſunt orationes Windhami, Cartereti, Walpoli, Cheſterfieldi, Poultneri, de quibus legantur *die Götting. gel. Anzeigen*, a. 1756. *Scid.* 80. p. 679.

Ibid. lin. 32. *Artic.* 8.) Add. *Iournal litteraire*, *Tom.* IX. *Part.* I. *artic.* 10. ubi exſtat ſolide ſcripta de Poeſi Anglorum Diſſertatio. His ſtudiis ſplendido quoque genere nati admodum delectantur. Plura hoc de argumento iam ſuppeditavit et in poſterum daturus eſt THOMAS WHARTONVS in Opere, *Hiſtory of Engliſh Poetry*, caet. cuius operis *Volumen* I *Londini* 1774. *in* 4. prodiit Conf. TROSCHEREAV *Choix de differens morceaux de Poeſie*, *traduite de l' Anglois*, *in* 12. *mai.* quem libellum recenſent et laudant collectores *Actorum erudit. latin. Lipſ.* a. 1752. p. 235. *ſeq.*

Pag. 259. lin. antepenult. excuſum.) Noviſſime hoc argumentum perſecutus eſt HIERON. TIRABOSCHI, Duci Mutinenſi a Bibliotheca, cuius *Storia della Litteratura Italiana* Voluminibus octo *in* 4. prodiit. Ob diffuſam ſcribendi methodum, ac multa minoris momenti ibidem obſervata, praecipua inde tranſtulit, ac germanice reddit V. C. CHRIST. IOSEPH. IAGEMANNVS in opere merito plauſu excepto, quod inſcribitur, *Geſchichte der freyen Künſte und Wiſſenſchaften* in Italien, *Pars* I. *Lipſ.* 1777. *Pars* IV. *ibid* 1780. in 8. lucem adſpexit. Idem vir de re litteraria meritiſſimus addidit *Vinariae* a. 1780. *in* 8. *Magazin der Italiäniſchen Litteratur und Künſte*, *Volumen* VII *ibid.* prodiit. Conf. *das Kieliſche Litteratur Iournal* a. 1780. *Part.* V. *pag.* 407. *ſeq.* nec non *die Göttingiſchen gelehrt. Anzeigen* a. 1781. *pag.* 312.

Pag. 661. lin. 20. *peccantibus*?) His noſtris temporibus Itali in ſtudii hiſtorico paulo ſunt negligentiores: magis excolere videntur antiquitates,

hiſtoriam eccleſiaſticam et biographicam. In colligendis cet.

Pag. 663. lin. 32. MARCI FOSCARINI, Ducis poſtea Veneti a. 1763. vivis erepti, Opus cet.

Pag. 664. ad finem §. X.) De florentiſſimo etiam litterarum apud *Florentinos* ſtatu, et antiquo, et hoc noſtro tempore, legi meretur *Iournal etranger*, m. *Februar.* a. 1755. Generatim vero de Italorum eruditione inſpicienda eſt IACOB. VERNETI *Epiſtola*, inſerta *Tomo* IV. *de la Bibliothéque Italique*, *artic.* 5. ex qua potiora memorant *die Leipz. gel. Zeitung.* a. 1730. *p.* 674. *ſq.* Conf. etiam *Lettre Manuſcripte du Comte* * * * *ſur le caractere des Italiens* in *Bibliothéq. Italique*, *Tomo* VI. *artic.* 8. *Tom.* VII. *art.* 7. *Tom.* VIII. *artic.* 5. *Tom.* IX. *artic.* 4. ac *Tom.* X. Artic. 4. Addi omnino meretur cel. IAGEMANNVS *in den Briefen über Italien*, *Volum.* I. *Vinariae* a. 1778. *in* 8. editis, *pag.* 213. *ſeq.* ubi Epiſtola VII. agit de ſtatu rei litterariae hodierno in Italia, maxime apud Florentinos.

Pag. ead. lin. 26. laudem.) Plura hic loci dabit STOVPPII liber hodie rarus, qui excuſus eſt a. 1673. *in 12mo*, titulo inſignitus: *La Religion des Hollandois.* Breviter eundem recenſuit STOLLIVS in *den Nachrichten von den Büchern ſeiner Bibliothek*, Part. XVII, pag. 39.

Pag. 666. lin. 13. Vondelius,) quibus merito adiungendus eſt Arnold. Moonen. Conf. *Reflexions ſur la Poeſie Hollandoiſe*, in *Iournal litteraire*, *Tom.* III. *Part.* I. *m. Ianuar.* et *Februar.* 1714. p. 177. *ſeq.*

Pag. 668. lin. 22. Fata deinceps *Litteraturae iuridicae* in Sueciae expoſuit OLAVS RABENIVS in diſſertatione quadam *Vpſaliae* a. 1770. *in* 4. quo Pars I. eius prodiit. Plures an ſubſecutae ſint, ego quidem ignoro. Recuſa eſt *Holmiae* a. 1781. in GIVERWELLI *Theſauro Sueo-Gothico*, *Tom.* I. *faſcic.* 1. *in* 8. altera

pars

pars sequetur in fasciculo secundo. De historiarum cet.

Pag. 669. lin. 9. *ipsius*) leg. potius istis lin. 20. *pag. 223. sq.*) Sed perfectius nunc hoc argumentum exposuit ERICVS MICHAEL FANT, a quo *Vpsaliae* a. 1779. *in* 4. producta fuit *Historia Litteraturae Graecae in Suecia, ab eius initiis ad A.* 1650. Conf. die *Goetting. gel. Anzeigen*, a. 1780. p. 360. De fatis etiam litteraturae Orientalis in Suecia commentatum esse legi HYDRENIVM in dissertat. singulari *Vpsaliae* a. 1755. in 4. edita.

Ibid. lin. 26. Kaestnerus.) Maximus apud hanc gentem Mechanicus, Christoph. Polhem est, qui solo genio suo duce summos in eo studio homines aequauit, mortuus est a. 1751. Quod ad Oeconomiam attinet, etiam dissertationes, linguae patria conscriptae, in cathedram Academicam hodie produci solent, quae ex hoc uberrimo fonte hauriuntur, ea sine dubio mente, ut iuuentus mature discat, quae tantum generi humano emolumentum adferunt. In historia naturali rebusque botanicis speciatim, quid praestiterit Carolus Linnaeus, norunt optime horum studiorum amore capti. Philologiae et historiae cultura eis etiam curae cordique est. Legatur de meritis eius IOH. CHR. FABRICIVS im *Deutschen Museo* m. *Iul.* 1780. pag. 39. 40.

Pag. 670. lin. 17. amici.) Conf. *Abriss von dem Schiksal der Wissenschaften in Schweden*, quae notitia ex B. BIOERNLANDI Oratione Vpsaliae recitata profertur in DAEHNERTI *Pommerschen Bibliothec*, *Volum.* IV. *pag.* 333.

Pag. 671. lin. 20. *p.* 701. *seq.*) His addo nunc Henricum Ranzouium, Equitem suae aetatis locupletissimum, qui Saeculo exeunte XVI. e vita gloriose acta discessit. Is non studiis tantum astronomicis aliisque, sed Maecenatis etiam Danici elogio,

mirifice inclaruit. Legi de eodem poteſt MALLINGIVS in *den groſſen und guten Handlungen einiger Daenen*, caet. qui liber *Hafniae* a. 1779. *in* 8. ex lingua Danorum Germanice redditus eſt ab ABRAHAMSONO, *Part.* II. *pag.* 319. breuiter viri ſummi in litteras merita exponit.

Pag. 672. lin. 19. Torfaeus) (de cuius Hiſtoria Noruegica legatur HOLBERGIVS *Part.* II. *der vermiſchten Briefe*, *Epiſt.* 90. p. 464. ſq.)

Ibid. lin. 25. meritos.) Supplementa ad hanc etiam Bibliothecam et Acceſſiones ex Auctoris autographo, exſtant in WESTPHALEN *Monumentis ineditis rerum Germanicarum*, *Tom.* IV. *pag.* 1533-1586.

Pag. 674. lin. 2. Conf. hic, quod ad Danos attinet, BÜSCHINGII Praefatio lectu digniſſima, quam *Tomo* II. *der Nachrichten von dem Zuſtande der Wiſſenſchaften und Künſte in den koenigl. Daeniſchen Reichen und Laendern* praefixit. De ſtatu rei litterariae neuiſſimo in Dania, Noruegia et Iſlandia, inde ab a. 1770. uſque ad a. 1776. copioſa exſtat et elegans notitia in GATTERERI *hiſtor. Journal*, *Part.* XII. p. 141-274. Quibus addenda ſpeciatim HALFDANI EINARI *Sciagraphia hiſtoriae litterariae Iſlandiae. Hafn.* 1777. *in* 4.

Pag. 675. lin. 2. recenſentur.) Tenuem e contrario ac ieiunum Eloquentiae Profeſſorem in Academia Petropolitana indicarunt Auctores *der Leipz. gel. Zeitung*. a. 1747. p. 809.

Ibid. lin. 21. POLONORVM ſtudia) quae olim a Sigiſmundi I. aetate, vſque ad Vladiſlaum IV. maxime floruerunt, SIM. cet.

Pag. 676. lin. 23. inſignitum) Conf. IANOZKIVS *von raren Pohlniſchen Büchern*, *Part.* II. *p.* 89. *ſeq.*

Ibid. lin. 28. lege, vterque liber — pertinebat olim. Nunc vero Starouolſcianus paullo eſt parabilior, poſtquam eundem LAVR. MITZLERVS, praefatione

fatione ſua inſtructum *Varſoviae a* 1758. *in* 8. recudendum curauit. Conf. notata noſtra infra *Tom.* II. *pag.* 1243.

Ibid. lin. 33. Horatium vocant.) Vitam tanti poetae LANGBEINIVS vberrime elegantiſſimeque deſcripſit, ac *Dreſdae* a. 1753. in 4. edidit.

Pag. 677. lin. adſciuit) et — Ianitius, cuius Poemata ob inſignem raritatem ac praeſtantiam, *Lipſiae* a. 1755. in 8. nitide recuſa fuerunt cura IOH. EHRENFRIED BOEHMII.

Ibid. lin. 15. Dlugoſſus) qui hiſtoriam ſuam poſt annos demum 25. abſoluit, ut ex huius operis *Tomo* II. *pag.* 591. patet.

Ibid. lin. 19. lege Kobierzicki pro Robierzicki.

Pag. 678. lin. 6. prodiit.) Subſecutae ſunt partes 3. 4. 5. *ibidem* a. 1753. omnes lectu ſane digniſſimae.

Ibid. lin. 11. *in 8, mai.*) Conf. MITZLERI *Warſchauiſche Bibliothec*, *Part.* I. p. 79. ubi adſeritur, quotidie magis nunc amari et coli bonas litteras in Polonia; et, quae *Varſouiae* a. 1752. *in 4.* lucem adſpexit elegans FRANC. BOHOMELEC *pro ingeniis Polonorum* Oratio, in Gymnaſio Societatis Ieſu habita. Accepimus etiam *Berolini* 1778. *in 8.* de Polonorum litteratura *Eſſai ſur l'hiſtoire litteraire de Pologne.* Auctor iam ſtudia eorum in rebus naturalibus ac Geographicis inde a Saeculo XVI. ad noſtram uſque aetatem docte perſequitur, de reliquis ſcientiis artibusque in poſterum acturus.

PRVSSIAE hiſtoriam litterariam primis lineis adumbratam GEORG CHRISTOPH. PISANSKI a. 1765. *Regiomonti in* 4. prodire iuſſit. Partibus IV. agit de facie rei litterariae in Pruſſia ante conditam Academiam Regiomontanam, deinde ab eius origine Saeculo XVI. ad noſtram uſque aetatem progreditur, quod negotium diligentiſſime peregit. Vix tamen ube-

uberiores Commentarii exſpectandi ſunt. Nec praeteriri debent GOLDBECKII *Litterariſche Nachrichten von Preuſſen*, *Partibus* II. *in 8.* quarum poſterior *Lipſiae* ac *Deſſauiae* a. 1783. prodiit.

Pag. 678. lin. 19. leg. Hac laude cet.

Pag. 679. lin. 4. Pannoniam.) Subiungere his licebit, quae in *Lettres ſur les Hongrois par M. du B*, *Amſterd.* 1742. *in 8. pag.* 46. obſeruantur. En! verba: *Les belles Lettres ſont negligéz tout entiérement ici à peine ſauent ils vous dire ce, que c' eſt; bien loin de connoître les agrémens et l' utilité; tout leur étude et application conſiſte à ſauvir le Latin, qu' ils parlent plûtot fluidement, que bien, et même le parlent ils en converſation. Auſſi tâchent ils d' avoit une connoiſſauce exacte des vielles loix et coutûmes, comme encore des Priuiléges de leur Royaume, pour le pouuoir mal appliques dans l' Etat preſent. Dans tout le pays y a-t-il une ſeule Univerſité, indigne de remarque. étant abandonnée à la direction des Péres de la Societe. — — — Les Hongrois en general bien loin d' eſtimer les ſauans, comme des autres nations; ils les haiſent, et mepriſent auec toutes leurs ſciences. Tant il eſt vrai, qu' aucun deſir nous enflamme de ce, dont nous auons aucune connoiſſance.*

Pag. 681. lin. 8. recte oſtendit.) Nova editio, variis Obſeruationibus vitaque Auctoris ornatior, promiſſa quidem fuit olim *Halae Magdeburgicae*, ſed exitu caruit inſtitutum. Vid. *die Leipz. gel. Zeitungen* a. 1715. p. 200.

Pag. 682. taceamus) e. g. *Rabenerum*, Satyricum lepidiſſimum, Ancillonius cet.

Pag. 683. lin. 3. leg. levi calamo cet.

Pag. 684. lin. 6. Pergit Bailletus cet.

Pag. 685 lin. 28. Lotichius) (cuius carmina PETRVS BVRMANNVS ſecundus *Amſtelod.* a. 1754. Tomis II. *in 4. mai.* Splendide recudenda curauit), Ge. Sabinus cet.

Pag.

Pag. 686. lin. 4. Richeio) Georg. Gottlob. Richtero, Medico Goettingensi, viris cet.

Pag. 687. lin. 25. leg. valerent.

Pag. 689. lin. 25. in notis.) Quantum in re numismatica speciatim Franci praestiterint, concinne a. 1779. IOH. PAVL. REINHARDVS exposuit iu Praefatione *von den Verdiensten der Francken um die Münzwissenschaft*, praemissa WEISII *vollstaendigen Guldencabinet.* Studium historicum, quomodo apud Germanos hodie sit comparatum, docetur fusius in GATTERERI *historisch. Journal, Part.* I. *pag.* 255 - 301.

Ibid. lin. 28. omnes.) Nec silentio praetermittendum, Ioh. Matthiam Hasium, Mathematicum olim Vitembergensem, in conficiendis Mappis geographicis, iisque adcuratissimis, parem non habuisse, ipsorumque, teste IO. GVIL. BERGERO in *Stromat. Academ.* p. 574. exterorum plausu fuisse honoratum: et eodem in studio insigniter eminere *Societatem Cosmographicam Norimbergensem,* cuius Director olim IOH. MICH. FRANTZIVS fuit. Merita Germanorum in Antiquitatibus Romanis eruendis exponuntur *Fascic.* 2. *der Rheinischen Beytraege zur Gelehrsamkeit*, *Manhem.* 1777. *in* 8.

Ibid. lin. 33. Walchius.) Antiquitatum quoque profanarum ambitum quanta dexteritate complexus hoc saeculo fuerit WINCKELMANNVS, quis ignorat?

Pag. 692. lin. 4. p. 632.) Legi etiam meretur hic IOH. DAVID. KOELERVS, si ve respondens potius, in Dissert. *de Scholis Germanorum solitis et solidis pag.* 7. *seq.*

Pag. 694 lin. 20. ae) *Francof.* et *Lips. a.* 1718. cet.

Ibid. lin. 24. *in f.*) Würtembergici Ducatus Mathematici, *Tubingae* a 1767. in 4 laudati fuerunt ab AVGVST. FRID. BOEKHIO in scriptione iucunda lectu *von den Gelehrten Würtembergs, welche sich um die Mathematic verdient gemacht haben.*

Pag.

Pag. 695. lin. 11. BERNHOLDI) Programma (quod recensetur in *den Auszügen aus theol. philos. und philolog. Disput. Lips.* 1733. *pag.* 604. *seq.*

Pag. 698. lin. 12. accepisse, singulari Dissertatione ostendi, *Opusculis Reinoldianis* praemissa, quae *Lugduni Batau.* a. 1755. *in* 8. *mai.* prodierunt. Ius cet.

Ibid. lin. penult. *oculaire.*) Addendum hic velut in transcursu, BIELEFELDI libellum nunc in grandioris formae opus excreuisse. Prodiit enim *Lugd. Batau.* 1767. *Tomis* II. in 8. mai. Alphab. 2. plag. 9. Sed legi de noua hac atque tertia editione meretur *die allgemeine Berliner Deutsche Bibliothek, Volum.* VIII. *Part.* II. *pag.* 45. *seq.* ubi naevi totius laboris solide indicantur. Tomus alter plane pertinet ad Germanorum theatrum scenicum.

Pag. 698. lin. 12. leg. vestitum ornatumque cet.

Pag. 699. lin. 19. *p.* 382.) (vbi haec: *il faut rendre ce témoignage à la Nation Allemande, qu' elle c' est plus appliquée, qu' aucune autre, aux questions, qui regardent le Droit Public.*)

Ibid. lin. 14. edito.) Illustris etiam vir, IOH. WILHELM. BERNHARD. HYMMEN cet.

Ibid. lin 31. Vaterus,) cuius posterioris Museum anatomicum *Helmstadii* a. 1751 in 4. publicatum, summam possessoris hoc in studio peritiam abunde testatur, Ioh. Zach. Platnerus cet.

Pag. 700. lin. 1. *medica.*) Albini sigillatim in rem anatomicam merita insignia PETR. LVCHTMANNVS Orat. inaug. *de Anatomices Saeculo* XVIII. *incrementis*, *Vltraj.* a. 1760. *in* 4. excusa, mirificis laudibus extulit. In Marchia Brandenburgensi quae facies litterarum, praecipue artis medicae, antiquissimis fuerit temporibus, erudite exposuit I. A. W. MOEHSENIVS in *der Geschichte der Wissenschaften in der Marck Brandenburg, besonders der Arzeneywissenschaft,*

ſchaft, von den aelteſten Zeiten an bis zu Ende des XVI. *Iahrhunderts, Berolini* 1781. *in* 4. *mai, cum fig. aeneis.* Pollicitus eſt auctor celeberrimus continuationem ad noſtram aetatem uſque, quod non paucis iucundum accidet.

Ibid. lin. ultim. *in Oratione*, quae poſtea a. 1756. ſtudio SAM. FRID. KETTELII Germanice verſa *ibidem* prodiit pro ingenio cet.

Pag 700. lin. 16. Actor) leg. **Auctor.**

Pag. 701. lin. 25. Subiicientes.) Poſt ea, quo haec ſcripſeram, malum id in dies creuit. Iam enim ciues noſtri occupantur fere in libris exterorum Germanice reddendis; in Comoediis, Tragoediisque verſiculisque, in fabulis ut vulgo dicitur Romanenſibus, aliisque ſcriptis magni numeri componendis, quorum argumentum eſt vel ars muſica vel educatio liberorum. Neſcio tamen, an propoſita plurimorum, noua conſilia felicem habitura ſint exitum. Docebit experientia, quid profecerint. Haec vero univerſa id habent incommodi, ut ſi Auctores nullum, qui ſumtus velit ſatisve lucri ſuppeditare, librarium invenerint. Nec cet.

Ibid. lin. 27. anonymus) PAVL. GRÜNEWALD, IOECHERO teſte in *Lexico erudit. Part.* II. p. 1214. *edit. nov.*

Pag 703. ad finem §. XIV.) Caeterum legenda generatim ampliſſima eſt commentatio ANDR. WESTPHALI, *de ſtatu rei litterariae praeſenti in Europa. Gryphyſw. a.* 1724. *in* 4. edita, ubi de ſtudiis omnium harum nationum, quas huc uſque illuſtrauimus, ſolis exceptis Hungaris Turcisque, ſolide pariter ac fuſe agit. Addenda quoque eſt iucundiſſima lectu Differt. FRID. OTTON. MENCKENII *de hodierna litterarum per praecipuas Europae cultioris partes facie ac ſtatu*, quae ornat *Acta ſociet. latin. Ienenſis* a WALCHIO edita olim, *Volum.* II. pag. 3-19.

Ibid.

Ibid. in fine notae paginae ſubiectae.) Legi hic poteſt etiam VALENT. HENR. VOGLERI Diſſ. *de delectu ingeniorum*, quae ſecunda eſt et *pag.* 15. *ſequ.* occurrit inter *Diſſertationes* eius quinque Helmſtadii *a.* 1672. *in* 4. coniunctim exhibitas.

Pag. 704. lin. 7. leg. Hoc tamen nemo temere cet.

Pag. 708. lin. 19. praedicat.) Poſtremus nuper laudatorem nactus eſt IOH. GOTTLOB. BOEHMIVM, Auctorem Diſſert. egregiae *de inſigni fauore maximiliani I. Imp. in Poeſin*, *Lipſiae* a 1756. *in* 4. Add. ERHARD. ANDR. FROMMANNI Diſſert. *de Maximiliani I. Imp. Rom, in rem litterariam meritis*, *Coburgi* 1761. 4.

Pag. 709. lin. 2. differemus.) Eruditos Angliae Reges Proceresque, cum ſcriptorum a quolibet compoſitorum Indice congeſſit ROBERT. WALPOLE in *Catalogue of de Royal and noble Authors of England with liſts of their Works*, Volumina ſunt II. *in* 8. *Londini* a. 1758. iterum producta; de quibus vid. in *der Brittiſchen Bibliothec*, *Volum.* IV. *Parte* 2. *artic.* 9. obuia recenſio. Sic et prodiit *Hafniae a.* 1767. *in* 4. CAROL. FRID. WADSKIAER *Aula eruditi Septentrionis tergemina*, i. e. de Principibus doctis Danis, Suecis, Noruegis, Commentatio, quam ſecutus eſt anno ſequenti Prologus eiusdem. Prius vero ſcriptum videre modo contigit, quo lecto multum plane deſiderium continuationis me tenuit.

Ibid. lin. 19. 1717.) et 1718. itemque cet.

Ibid. lin. 27. De *Principibus Muhamedanis, qui aut ab eruditione, ut ab amore litterarum et litteratorum inclaruerunt*, IOH. IAC. REISKII Diſſertatio proſtat *Lipſiae* a. 1747. edita. *Ibidem* a 1756. *in* 8. *mai.* ſucceſſit Opus Uniuerſale EPHRAIM. FRIDER. SONNENSCHMIDII ita inſcriptum: *Verſuch einer hiſtoriſchen Abbildung der gelehrten Welt in ihrer Hoheit, vor* *und*

und nach Christi Geburt, bis auf den Ausgang des XVI. Iahrhunderts; de quo tamen vid. *die Leipz gel. Zeitungen*, anni 1756. p. 871. Friderici III. Ducis Holsatiae historiam litterariam sciagraphia quadam Germanice scripta, exhibuit *Kiloni* a. 1772. *in* 4. GVIL. ERN. CHRISTIANI. Sigillatim Principes cet.

Ibid. not. *) In utraque differt. Vitembergensi Bytemeisteri — — expressum: ac re vera illae — — scriptum, quem antecessit *Helmstad.* a. 1725. noua eiusdem argumenti dissertatio. Omnes igitur tres coaluere deinceps in unum corpus. Nec a veritate cet. — — num. II. BYTEMEISTERVS in dissertatione citata §. I. LYSERVM disertis verbis Auctorem dicit harum Dissertationum *Viteb.* a. 1717. et 1718. editarum.

Pag. 711. lin. 11. lege 1697. in 4.

Ibid. lin. 14. artic. VII.) p. 172. seq.

Ibid. lin. 23. exposuit.) Conf. etiam FERD. CAROL. BIGERI Differt. *de iuris utriusque Doctoris gradu veteri prosapiae splendorem adferente insignem*, *Hafniae* 1736. *pag.* 56. seq.

Ibid. lin. 30. in 4.) quo tamen in scripto Auctorem vitulo Nicol. Henelii arasse indicat REIMANNVS in *Catalogo Bibliothecae*, *Tomo* II. pag. 273; laudati cet.

Pag. 712. lin. 18. Briscilla) leg. Priscilla.

Ibid. lin. antepenult. Recentiori) Quam suaue cum Musis commercium habuerit Hadwigis, Sueuorum Princeps Saeculo X. clara, docte ostendit IOH. GOTTLOB. BOEHMIVS in comment. eleganti *de Hadwige Sueuorum Duce*, *Vicaria Imperii*, *Lips.* 1754. in 4.

Pag. 713. lin. 18. *p.* 712.) His nouissimis temporibus pertinet huc praecipue potentissima Russorum Imperatrix, Catharina secunda, de qua legi merentur BERNOVLLII *Reisen, Part.* V. *pag.* 146. *seq.*

Ibid lin. 29 illuſtres.) De alia editione, quam Norimbergae paratam fuiſſe ſuſpicatur, agit CHRIST. HENRIC HECHTIVS in *den Dresdniſchen gelehrt. Anzeigen*. 1770. *Part* 42. *p.* 526.

Pag. 714. lin. 2. *in* 4.) (qui tamen ſcriptor pauca habet alicuius momenti,) et HILARIONIS cet.

Ibid. lin. 28. Iac. Thomaſius) Thomaſium huius etiam eſſe auctorem, ex dictionis ſuauitate, rerum dulcedine, varietate ac delectu librorum, item qui laudantur multitudine ac raritate, non male ſuſpicatur REIMANNVS in *Catalogo Bibliothec. ſuae*, *Tom.* II p. 348.

Pag 715. lin. 6. egit.) PLANERI Gynaecaeum doctum laudatur quidem a REIMANNO *loc. cit. pag.* 349. hoc tamen addito, Auctorem non ubique memorem eorum eſſe, qui ad hoc aedificium caementa ſuggeſſerant. Ea enim, quae *pag.* 49. de Olympia Fuluia Morata adferat, omnia ad verbum repetiiſſe eundem perhibet EX THOMASII Diſſert. modo citata §. 47. nota d. hucusque commatis legi plura in hoc eius meletemate.

Pag. 716. lin. 32. *p. 386.*) *Sacrum Gynaecaeum Dominicanum*, ſeu Ordinis Praedicatorum Sorores, qui ab a. 1220. vſque ad a. 1720. litteris claruere, acceſſit ſub finem *Tomi* II. *Scriptorum Ordinis Praedicatorum* ab IAC. QVETIF et ECHARDO delineatorum.

Pag. 717. lin. 5. recenſet.) THVRAE libellum in linguam quodammodo Danicam tranſtulit, paſſim emendauit atque non ſine multis ambagibus continuauit FRID. SAM. SCHOENAV, prodiitque eiusdem *Samling of Danske laerde Fruentimmer Hafniae* a. 1753. *in* 8. Partibus II. vid. omnino *die Nachrichten von dem Zuſtande der Wiſſenſchaften in den Daeniſchen Reichen*, *Vol.* III. p. 515. *ſeq.*

Ibid. lin. 9. p. 94.) Succeſſit *Pariſ.* a. 1769. Partibus quinque *in* 8. *Hiſtoire littéraire des femmes Fran-*

cor-

toises, ou lettres historiques et critiques, contenant un précis de la viee, et une Analyse raisonnée des ouurages de Femmes, qui se sont distinguées dans la littérature Francoise, par une Societé de Gens de lettres; quo de opere Auctores *der Hallischen gel. Zeit. a.* 1770. p. 318. honorifice sentiunt. Complura tamen nomina nullius fere momenti abesse omnino poterunt. Inter auctores referendus est Abbas *de la* PORTE.

Ibid. lin. 19 coniicimus, innotescit — Oxoniae a. 1752. in 4. cet.

Ibid. lin. 20. leg. Oxoniae a. 1752. in 4. — — Sermone exhibuisse Specimina cet.

Ibid. lin. 23. *clarissimis.*) Vid. die *Leipz. gel. Zeitung.* a. 1753. *pag.* 929.

Pag. 718. lin. 18. intermiscet.) De feminis *Astronomiae* peritis vid. *Bibliotheque germanique*, *Tomo* III. *artic.* 7. vbi legitur *Eloge de Madame Kirch, à l' occasion de la quelle on parle de quelques autres Femmes et d' un Paisan Astronomes*, auctore ALPHONSO DES VIGNOLES.

Pag. 720. lin. 13. *p. 197.*) De eruditis *Poloniae* feminis hoc nostro saeculo illustribus, egit speciatim BERNOVLLIVS *Volum.* VI. *seiner Reisen*, *p.* 135-140.

Ibid. lin. 23. in 12.) et quae ex libello quodam Gallico dicuntur in *Actis erudit. latinis*, a. 1742. pag. 576.

Ibid. lin. ultim. *des Dames*) *qui traite des sciences, qui conuiennent aux Dames, de la conduite, de leurs Etudes, des livres, qu' elles peuvent lire, et l' Histoire de celles, qui ont excellé dans les Sciences, par M. N. C. Amstaeled.* cet.

Pag. 721. lin. 1. mai.) ubi adserit primum, feminarum ingenia omnino expolienda esse litteris, deinde tales magno numero profert, quae et antiquis et recentioribus temporibus variae eruditionis gloria illustres fuerunt. Plura ex hoc Opusculo ob-

ſeruantur in *L' Europe ſavante*, *Tomo X. Part.* II. p. 195. et in Actis Erud. cet.

Ibid. lin. 6. p. 239.) Add. ANDR. WESTPHALI — — in 4. vbi leguntur exempla mulierum doctarum, quae in celebritate Academica viuentes, et in editiori poſitae loco, aut eruditionis ac doctrinae ſuae radios latius proiecerunt; aut pulchra aemulatione incenſae cum doctiſſimis quoque viris de ingenii praeſtantia ſolemni in conſeſſu contenderunt; aut ſupremos honores Academicos vel poeticam lauream fuerunt conſecutae. Adiungo nouiſſimum et perquam memorabile exemplum, quod Academia Halenſis ſuppeditat. Ibi enim Doroth. Chriſtiana Erxlebia, nata Leporina, Quedlinburgenſis, auctoritate Regia menſe Iunio a. 1754. Doctoris in arte medendi dignitatem conſecuta eſt, edita *Diſſert. inaug* qua exponitur, *quod nimis cito ac iucunde curare ſaepe fiat cauſa minus tutae curationis*, Vid. RVDOLPH. AVGVSTIN. VOGELII *Neue mediciniſche Bibliothek*, *Volum* I. *Part.* IV. *pag.* 369. ſeq.

Pag. 724. lin. 29. ſit eius praeſtantia.) Ita quidem olim ſcripſi. At nunc ſententiam immuto. Vix enim noſtra aetate plauſu tanto, quem antea ex praeconceptis hominum opinionibus tulerat libellus, dignus eſſe videtur. Conf. *die Goetting. gel. Anzeig.* a. 1782. *Part.* LV. *pag.* 443.

Ibid. lin. antepenult. verſionibus) praeter codicem divinum frequentiſſimis, IOH. cet.

Pag. 725. lin. 1. *p. 556.*) GE. CHRIST. IOHANNIS Praef. dicto libello, quae *Francof. ad Moen.* a. 1797. in 12. adiuncta fuit.

Ibid. lin. 23. SINCERVS l. c.) Nouiſſime, *anno* ſcilicet 1780. Manhemii elegans prodiit Opuſculi *Kempiſiani* editio *in* 8. a FRANC. IOSEPHO DESBILLONIO, ad veram lectionem artis criticae ſubſidiis reuoca-

vocata, de quo conatu vid. *die Goetting. gel. Anzeigen* anni 1780. *Part.* CI. *pag.* 821.

Pag. 726. lin. 4. quodam) quem nunc esse constat IOH. EHRENFRIED CHARISIVM, Consiliarium prouincialem, et Consulem Stralsundinum Berol. cet.

Ibid. lin. 10. vidimus.) Anno etiam 1755. *in* 8. *Vlmae* typis elegantissimis prodiit versio latina, vna cum ipso Authentico Gallico. Caeterum cet.

Pag 727. lin. 1. legatur CASP. BARTHOLINI cet.

Ibid. lin. 7. THOMAE BARTHOLINI filii. Differt. *de Bibliothecae incendio*, *pag.* 86. *seq. edit. Hafniens.* Satyrici libri, *Historia Don Quichotte* ex *Mancha* inscripti, cuius auctor fuit *Michael Ceruantes Saauedra*, quot habeamus editiones, versionesque alias in linguas, docet Praefatio editioni eius Lipsiensi Germanicae a. 1734. in 8 praefixa. Nouissima versio germ. est Cel. BERTVCHII. De alio scripto Italico: *Combattimento spirituale* vid. *die Leipz. gelehrt. Zeitung.* a. 1748 *pag.* 105.

Pag. 732. lin. 32. *in* 4.) Ingeniose pariter egisse de hac dicitur controuersia b. ALBERT. HALLERVS in Sermone Academico, quo ostendit, *quantum antiqui eruditione et industria praecellant modernos*, *Bernae* 1734. in 4. Doctissima quoque est IOH. TRAVGOTT SCHVLZII *Abhandlung der Frage*, *welche von beyden vorzüglicher sind*, *die Alten oder die Neuern? Lips.* 1754. *in* 4.

Pag. 733. lin. 2. *classicorum Auctorum*) latine versae cet.

Pag. 738. lin. 28. Saeculo:) Conf. laudati IOECHERI *Praefatio de insignibus praerogatiuis*, *quas nostra aetate res geographica et mathematica*, *et historica*, *nacta est*, quam germanice exaratam praemisit a. 1754. *Tomo* V. *der neuen Europaeischen Staats- und Reise-Geographie*, *in* 8 *mai.*

Pag. 738. lin. ult. Comediae) leg. Comoediae.

Pag. 740. lin. 26. memoraui.) Pertinet huc etiam ANDREAE CIRINI *de Vrbe Roma eiusque Rege Romulo* liber, in *Tomo* II. *Thesauri Sallengriani* recusus, de quo GEBAVERVS in *Praefat.* dissertationi *de Numa Pompilio* praemissa, haec scribit: *in isto non exiguae molis volumine eruditionem variam et lectionem immensam, sed eam alieno plane loco, invito argumento, et occasionibus ubique misera diligentia captatis, intrusam deprehendi. Quis in vita Romuli, quem armati Daemonis fuisse filium ibidem non sine risu relatum legas, disputari credat, an Succubi generent? an Incubi? an virgo cum Incubo cubans salua virginitate possit concipere? quae in grauida signa appareant? qui gemini concipiantur? an septem in utero sint receptacula? an superfoetatio locum inuenire possit? et eius generis alia. Nihil autem tam ab omni veritate alienum, et, ne quid grauius dicam, absonum plane de Lupa, Pico, Amne Tiberino, de Hasta Romuli, de Remi Manibus Romulum exagitantibus similibusque confingi potuit, quod ille non credat, adstruat, exornet, et serae posteritati commendet. Loquentiae multum, sapientiae parum offendas.*

Pag. 743. lin. 14 *Rami* legas pro *Remi.*

Pag. 745. lin. 20. *caractéres, Rothom.* -- -- -- conciliari. Conf. *Catal librorum* a PERARDO collectorum *p.* 294. ubi legimus hunc *du* FRESNOY librum fructum esse carceris, *la Bastille* vocati, in quo auctor per septem ac viginti menses inclusus fuit. Rarum autem hunc ipsum etiam in Gallia esse, testatur FRERON in *Année littéraire* a 1755. *Tom.* III. *pag.* 126.

Pag. 746. raritas) quae tamen talis saepe est relative. Nec semper cet.

Pag. 747. lin. ult. *Parisiis in* 4.) quinque et viginti tantum cet.

Pag. 748. lin. 17. *p.* 185. *sq.*) In IOH. DAVID. KOELERI *Anweisung für reisende Gelehrte, pag.* 52. haec obseruantur: *diese Annales wurden in zehen Folianten*

anten theils zu Regensburg, theils zu Wien gedruckt, aber nur funfzig Exemplaria, von denen der König von Pohlen nachher eins für 1000. Rthlr. bezahlte; hernach gaben seine Anverwandte das Mspt des eilften und zwölften Theils noch dazu, und ließen es in zwölf Folianten drucken, die alle sehr richtig und schön und iezt sehr wohl zu haben sind. Liber turbas in Belgio spectans, neque titulum, neque locum ubi excusus est, neque annum habens, rarissimus est, (in fine tantum pag. 942. eaque ultima legitur, hunc ipsum librum anno 1765. esse scriptum.) Pag. prima *Schoepflinus*, cuius in Bibliotheca olim fuerat, observavit, auctorem esse *van der* VYNCKT, Senatus Flandriae collegam, et Cobenzelium, Comitem, Ministrum in Belgio Caesareum, sex tantum exemplaria excudenda curasse sine titulo, unumque Bruxellis eodem anno Schoepflino donasse, Opus Anecdotorum plenum dicit BERNOVLLIVS *Volum.* VI. *seiner Reisen, pag.* 104.

Pag. 749. lin. 5. lege: anno 1672. Amstelodami ... ... combusta. Quinquaginta aut sexaginta millia Carolinorum impendisse Blaeuium in hunc Atlantem XII. Volumina continentem, GERHARD. IOH. VOSSIVS *Epist.* CCCXX. ad Grotium a. 1638. exarata, contendit. Cf. VOGTII cet.

Pag. 750. lin. 1. *suppressis.*) Nova est observatio vix alibi obvia KOELERI *loc. cit. pag.* 53. ubi exstant, quae sequuntur: *Vnter Carol.* VI. *gab der berühmte Pater Pez zu Nürnberg* 1731. Revelationes venerabilis Agnetis Blumbeckin et Vitam, auctore anonymo *in* 8. *heraus. Im* 38. *und* 39. *Capitel stehet:* ea aliquando scire desideravit cum lacrymis et moerore, ubinam esset praeputium Christi, ut millies illud exoscularetur, et saperet, et digitis servaret; *und an einem andern Orte stehet, daß eine verhurte Aebtissin zween Engel zu Wehemüttern gehabt, daher von Wien aus ein Befehl an den Buchdrucker kam, daß er sogleich alle*

alle Exemplaria dahin ſchaffen ſollte, die dann in dem Ieſuiter-Collegio heimlich verbrannt wurden; der Kayſerl. Leibmedicus entdeckte es; dieſes Buch iſt alſo erſchrecklich rar.

Pag. 752. lin. 18. *Parti) principali, cive Iſtoria, Poeſia, Proſe Arti e Scienze Lond.* cet.

Ibid. lin. 20. *in* 4.) nunc vero rareſcere, ipſa etiam in Italia incipit; THEOPHILVS cet.

Ibid. lin. ultim.) *librorum) nonniſi veterum rariorumque oder neue Nachrichten von — — Büchern, vom Anfange der Buchdruckerey bis* 1682. *da ſich die* Acta Eruditor. Lipſienſia *angefangen.*

Pag. 753. lin. 20. *Britiſh Librarian)* cuius auctor eſſe dicitur OLDYS in *T. Oſbornes Catalogue of Books, Lond.* 1753. in 8. *mai. Tomo* II. pag. 286. num. 15954.

Ibid. lin. ult. vir.) Tertia editio ibid. a. 1763. *in* 8. *mai.* Additum eſt poſtea ſpicilegium in eiuſdem *Scrinio antiquario, Groningae* 1765. *in* 4. *Tom.* VIII. *pag.* 700-721.

Pag. 754. lin. 19. in poſterum.) Tomi VIII. vivo Auctore ſunt prelo ſubiecti, * *) eoque a. 1760. mortuo ſucceſſit Tomus IX.

Ibid. lin. 23. forma erupit) Acceſſit Tomus III. a. 1755. neque tamen in his Tomis obſervavit Auctor ordinem alphabeticum, uti in *Analectis de libris rarioribus.* Anno 1776. *Gothae* in 8. mai. prodiere eiuſdem *Nachrichten von ſeltenen und merkwürdigen Büchern.* Poſt obitum ipſius, qui paulo ante contigit, interrupta eſt continuatio.

Ibid. lin. 26. *Bücher*) qui liber duabus partibus prodiit Ienae 1753. 1756. 8. cuius continuatio morte Auctoris abrupta eſt. Eodem, quo is ipſe loculos ſuos excuſſerat tempore, MICH. LVDOV. WIDEKIND, ſacerdos Berolinenſis, a. 1756. ad ſuperos evocatus, edidit *Ausführliches Verzeichniß von rares*

raren Büchern, mit historischen und critischen Anmerckungen, *Berol.* 1753. usque ad a. 1755. quo *Pars* IV. et ultima *in 8. mai.* prodiit. Quod ab OSMOWTIO, bibliopola, *Paris.* 1768. in 8. editum est, *Dictionaire typographique, historique et critique des livres rares* cet. id ob vitia crassi ra non magno admodum plausu peritiores exceperunt. Tomi duo priores recensentur in GATTERERI *allgem. histor. Bibliothek*, *Part.* XIV. *pag.* 189. Addantur his IOH. IACOB. BAVERI *Bibliotheca librorum rariorum universalis*, *Norimb.* 1770. Partibus IV. *in 8. mai.* Successere a. 1774. *Supplementorum Volumina* II. quae composuit BERNH. FRID. HVMMELIVS, Rector Scholae Altorfinae. Idem, auctore mortuo, nonnulla priorum Tomorum suppeditavit. Singulis Partibus, excepta altera, praemissus est Index scriptorum de libris rarioribus. Postea laudatus HVMMELIVS adiecit *ibid.* a. 1776. in 8. *Neue Bibliothek von seltenen und sehr seltenen Büchern und kleinen Schriften.* Opus hoc, cuius Partes octo habeo, Voluminibus II. inclusis, est quasi *Baueriani* laboris continuatio. Plerique libri ad Historiam et Philologiam spectant. CAROLI BENIAM. LENGNICHII *Beyträge zur Kenntniß seltener und merkwürdiger Bücher*, *Gedani* 1776. *Partibus* II. *in* 8. rem saepius numismaticam tangunt.

Pag. 755. lin. 9. BOERNERVS a quo et accessit *ibidem* a. 1753. *Specimen alterum.* Vtrumque nunc recusum est in Auctoris *Noctibus Guelphicis*, *Rostochii* et *Wismar.* 1755. in 8. p. 161. *seq.* et quidem locupletius. Addidit idem *Vitemb.* a. 1756. *in 8. Relationum de libris physico-medicis partim antiquis, partim raris Fasciculum* I. IOH. FRID. KNOLLII *Decas librorum anatomicorum rariorum* duarum plagularum scripto *Lipsiae* a. 1761. *in 4.* prodiit. Vir etiam summe reverendus, LVDOV. GVIL. BALLHORN, cum adhuc suis ornaret meritis Lyceum Hanoveranum, ibidem

 anno

anno 1765 - 1770. quatuor Prolusionibus *in 4. maiori* egit *de libris quibusdam rarioribus, eorum maxime, qui Latinas litteras adamarunt, cura aut cognitione dignis.*

Ibid. lin. 20. exhibetur;) idem Vir doctus in *den Ergözlichkeiten aus der Kirchenhistorie und Litteratur, Tomo* II. ubi *pag.* 209. 492. et 591. tres Indices rariorum librorum, in Bibliotheca ipsius obviorum, leguntur.

Ibid. lin. 32. *Büchern.*) De IOH. HENR. von SEELEN Συμμίκτοις *librariis, sive librorum rariorum Indice* I. *et* II. *selectis observationibus instructa*, *Lubecae* anno 1762. *in 4.* edita conferas *die Götting. gel. Anzeig.* 1762. p. 724. Novissime prodiit I. C. HENNINGII, in medio typographi labore mortui, *Bibliotheca* seu *notitia librorum rariorum*, *Kiloni* 1766. in 8. Alph. 2. plag. 2. Pars I. quae ipsa rarissima est, dicuntur enim 40. tantum eiusdem exemplaria excusa fuisse.

Pag. 758. lin. 21. leg. IOH. GERH. MEVSCHENII — — — Francof. ad Moen. 1711. in 8.

Pag. 763. lin. 19 leg. *cura monstratur.*

Pag. 766. lin. antepenult. a. 1737.) denuoque *ibid.* a. 1754 auctior.

Pag. 767. lin. 13. *p.* 296. *seq.*) Nunc his addendum praestantissimum aevi nostri Opus, quod duobus, Ordinis Benedictini hominibus debetur, et *Nouueau Traité de Diplomatique* inscriptum est. *Tomus* I. *Paris. anno* 1750. *Tom.* IV. a. 1759. *in 4. mai.* prodiit cum fig. aeneis quam plurimis. Exspectantur adhuc Tomi II.

De IOH. CHRYSOST. TROMBELLI *Arte di conoscere l' eta de' Codici Latini e Italiani*, *Bononiae* a. 1759. *in 4.* non optime sentiunt peritiores, et inter alia fontes liquidissimos vel ignorasse eundem, vel non satis recte usurpasse affirmant.

Ibid.

Ibid. lin. 15. auctorem) (*varia quippe* obiecit) Italica cet.

Ibid. lin. ult. studiosum.) Conf. hic omnino MORHOFIVM *Polyhist. Tom.* I. *pag.* 167.

Pag. 768. lin. 6. rarior est) quanquam repetita fuerit eius editio *Argent.* 1594. *ead. forma.*

Ibid. lin. 8. edidit) figuris aeneis locupletissimum, *de* cet.

Ibid. lin. 17. necessarium.) Anno 1762. *Francof. ad Moen. in* 8. prodiit IOH. DAV. KOELERI *Anweisung für reisende Gelehrte*, ubi de Bibliothecis, Nummophylaciis, Museis antiquariis, Pinacothecis, Gazophylaciis naturae, rerumque artificialium thesauris observationes iucundae leguntur. Quoniam vero libellus est posthumus, variis etiam, ut plerumque fieri solet, naevis laborat, inscitiae potissimum eius tribuendis, qui schedas manuscriptas bibliopolae usibus permisit.

SVP-

SVPPLEMENTA
AD
TOMVM II. BIBLIOTHECAE HISTORIAE LITTERARIAE.

Pag. 771. §. XXXVI. *Polonorum*) itemque *Russorum* ac *Bohemorum.* §. XXXVII. Hispanorum hac in re cet.

Pag. 775. lin. 6. a fine pag. deleatur semel in.

Pag. 778. lin. 6. *p. 1261. sq.*) Plenissima Diariorum omnium Historia, cuius mentio iniicitur in *den Gött. gel. Anzeig.* a. 1762. p. 672. a CHRISTIAN. FRID. WILKENIO nunc vix est exspectanda.

Ibid. lin. 27. *litteratorum* cet.) Conf. Celeb. OELRICHS *Beyträge zur Geschichte und Litteratur*, (*Berol.* 1760. *in 8.* pag. 182. *seq.* ubi naevos etiam Operis candide aperuit. In Volumine II. praecipua fuit Auctoris HOFMANNI cura, ut libros iuridicos examinaret.

Ibid. lin. penult. Struviana) leg. Struvianae.

Pag. 779. lin. 6. et quot) leg. et quod cet.

Pag. 781. ad §. IV. Hic utique sunt usurpanda, quae GATTERERVS Part. VII. *des histor. Iournals*, pag. 143-151. observavit.

Pag. 786. lin. 18. decessit.) Iam inde ab anno 1750. Ludovicus XV. Rex Gallorum ornandi instituti causa, Ministris suis in aulis Europae agentibus, id imposuit negotii, ut mensibus singulis Catalogum

logum librorum iis in regionibus, ubi commorentur, nouissime editorum, Lutetiam Parisiorum transmitterent. Vid. laudatus OELRICHS *loc. cit. pag.* 81. An id ipsum seruetur adhuc, ego quidem ignoro.

Ibid. lin. 32. *p. 116.*) Nunc autem cum anni 1764. initio Diarium hoc *Trevoltinense* peritus neglectum a Belgis fuit, melioribus ex Gallorum Anglorumque Ephemerid. eius in locum subiunctis. *Parisiensium Iournal des Savans.* Vid. tamen, quae monentur in den *Götting. Anzeig. v. gel. Sachen*, a. 1764. *Stück.* CXIX. *p.* 968.

Pag. 791. lin. 19. *momenti.*) Conf. etiam BAELII *Réponse aux questions d' un Provincial*, *Volum.* I, *cap.* 46.

Pag. 793. post §. V. *Anno* 1766. *Erlangae in* 8. prodire coepit *Recueil des meilleures pièces* du Mercure de *France*, *et des quelques autres Ouvrages periodiques*, *avec le précis de nouvelles et anecdotes litteraires.* Mensibus singulis promittebatur particula sex octoue plagularum, ita quidem ut earum tres Volumen implerent. Indicant hoc institutum *die Götting. Anzeig. u. gel. Sachen* eiusd. anni *pag.* 354. ibidemque collector praeter alios dicitur celeb. FEDERVS, tum Philos. Prof. Gymnas. academ. Coburgensis, iam Vniuersitatis Georgio-Augustae. At non plures quam octo noui particulas.

Pag. 797. lin. 33. *des Savans.*) Quod vero, ut supra dictum est, cum anni 1764 initio plane praetermisit, solumque ab eo tempore *Iournal des Savans* exhibere coepit, adiectis eidem capitibus praestantioribus ex aliis cum Gallorum, tum Anglorum Diariis desumtis.

Pag. 798. lin. 14. FORMEY *p.* 109.) Mensis Augustus anni 1759. Ephemeridum Treuoltinarum Rothomagi, iussu Parlamenti combustus est carnificis manu, ob indicatam ibidem HERM. BVSENBAVMII e Societ. Iesu *Theologiam moralem* auctam a CLAVDIO

LACROIX

LACROIX, evulgatamque *Colon.* a. 1757. Conf. *die Leipz. gel. Zeitung.* a. 1772. *pag.* 153. quo loco Epitome Diarii eiusdem recensetur, quod *Parisiis* a. 1771. *Tomis* IV. in 12. prodiit, atque sic est inscriptum: *L' esprit des Iournalistes de Trevoux.* Laudatur conatus, naevis tamen quibusdam haud obtectis.

Pag. 804. lin. 15. *Hagae-Com.*) Tomis V. et Voluminibus cet.

Ibid. lin. 31. numerantur.) Percipe nunc, Lector, caussam, cur suppressum fuerit hocce Diarium. Fontanius nimirum quaedam in eo scripserat Principibus *de Courtenay* favorabilia, quippe qui antea contendebant, priorem ipsis deberi locum prae Principibus regio sanguine natis. Quum Auctor Argensonium Comitem Statusque Ministrum suppliciter imploraret, interdictum hocce ut dissolveretur, atque adderet, sibi vivendum esse, salse Purpuratus respondit: *id quidem non est necessarium.*

Pag. 805. lin. 25. *in 12.*) mai. — — — plures, est utique negandum, sub finem cet.

Pag. 809. ad finem §. VIII.) Addere nunc lubet LVDOVICI PETITI de BACHAVMONT *Mémoires secrets pour servir à l' histoire de la Republ. des Lettres en France, contenant les Assemblées litteraires, les Notices des livres nouveaux, clandestins et prohibés, les pièces fugitives rares, ou manuscripts, en prose et en vers; les Vaudevilles de la Cour, les Anecdotes ou bons mots, les Eloges des Savans, des Artistes, des Hommes de Lettres morts* cet. à *Paris*, 1762-1781. *Tomes* 18. in 8. Auctoris post mortem venum expositum Opus in praecipuis Europae officinis librariis videtur furtive recusum esse. Successit mox *Gazette litteraire de l' Europe à Paris* 1763. *in 8.* Initium est cum mense Martio factum, auctoresque eius primi fuerunt AMALDVS Abbas ac SVARDVS. Recusae statim sunt hae schedae singulis hebdomadibus editae Amstelodami, et variis quidem

addi-

additionibus locupletiores. Ipsis Ministris Gallicis in Principum exterorum aulis residentibus iniunctum est iussu Regio, ut auctoribus nova litteraria suppeditarent. Conf. *die Göttingisch. Anzeigen v. gel. Sachen a.* 1764. *Stid.* XCI. *pag.* 736. Volumen I. anno 1764. menses Martium, Aprilem, ac Maium continens, exhibet cum Indicibus Alph. 2. pl. 5. Iudicium vero de labore isto, cuius mihi successus ignotus est, legitur *loc. cit. Stid.* CXII. *pag.* 911. Quo etiam pertinet liber inscriptus, *Bibliographia Gallica universalis s. Catalogus omnium librorum per universum Galliae regnum anno* 1651. *excusorum. Paris.* a. 1652. in 4.

Pag. 814. lin. 27. dicetur.) Prioris huius Diarii in locum diu post successit *Nuovo Giornale de' Letterati d' Italia*, inceptum *Mutinae* a. 1773. eademque methodo compositum. Quovis bimestri Volumen prodiit. Plura tamen de eodem, et an ad hunc usque diem continuetur, dicere iam non licet. Vid. BERNOVLLI *Zusätze zu den neuesten Reisebeschreib. von Italien. Tom.* II. *pag.* 161.

Pag. 815. lin. 1. exceperint.) Eidem Auctori illustris MEVSELIVS in *Bibliotheca historica*, *Tom.* I. *Part.* I. *pag.* 31. tribuit *La Minerva o sie nuouo Giornale dei Letterati d' Italia.* Coeptae sunt hae Ephemerides *anno* 1762. et cum Tomo LXVI. a. 1775. finitae. Innotuerunt quoque auctore eodem, qui tamen cum anni 1731. exitu aliis tradidit lampada, *Novelle de la* cet.

Ibid. lin. 6. *a.* 1748.) imo ad annum 1762. processit.

Ibid. lin. 22. *p.* 693. *sq.*) Anno deinde 1764. Operi huic substituta est *Bibliotheca moderna*, curante imprimis, qui et priora plurimum decoris sua manu addiderat, MEDORO ROSSIO. Vid. *die Leipz. gel. Zeit.* a. 1764. p. 473.

Ibid.

Ibid. lin. 24. ZACCARIA) sectae Iesuiticae homo. Non cet.

Pag. 816. ad finem §. X.) De PETRI ORTESCHI *Giornale di Medicina*, cuius factum est initium mense Maio a. 1762. vid. laudatum *Diarium Göttingense* a. 1763. *Part.* CXLIII. pag. 1154.

Pag. 817. lin. 26. leg. quae continuandae cet.

Pag. 823. lin. 29. IOH. LAMIVS) *a.* 1740. *in* 4. Socii fuerant ANT. FRANC. GORIVS. PAMPH. GENTILIS et IOH. TARGIONI TOREZZI, quod testatur STRODTMANNVS im *neuen gelehrt. Europa*, *Volum.* II. *Part.* 6. p. 313.

Ibid. lin. 33. procedunt.) Finita esse isthaec Nova anno 1769. cum Tomo 30. post obitum Lamii, qui anno sequenti evenerat, continuatum est ab eo tempore a IOSEPHO PELLIO, viro nobili, Magnoque Duci a secretis hoc opus, didici ex MEVSELII *Biblioth. historic. p.* 36. et BERNOVLLI *Zusätzen zu den neuesten Reisebeschreib. von Italien*, *Volum.* I. *pag.* 276.

Pag. 824. ad finem §. XII.) Recentissimorum apud Italos diariorum litterariorum inde ab a. 1769. usque ad a. 1775. Index occurrit in Illustr. GATTERERI *historisch. Iournal*, *Part.* V. *pag.* 242-249. et ordine quidem alphabetico, itemque quinquennio post, anno scilicet 1780. fecit idem cel. IAGEMANNVS in *Magazin der Italiän. Litteratur*, *Volum.* II. *pag.* 367-370.

Pag. 828. lin. 10. *queunt.*) Inter caeteros nominandus est etiam CHRIST. AVG. HEVMANNVS, cuius industria quot librorum recensiones inde ab a. 1710. ad a. usque 1747. provenerint, luculenter patet ex eiusdem Vita a GE. ANDR. CASSIO edita, *pag.* 252-284.

Pag. 828. lin. 12. post vocem institutum deleatur comma.

Pag.

Pag. 829. lin. 18. interruptum.) Anni ſaltim quartus et ſexageſimus, tresque ſequentes, qui ob grauiſſimi paulo ante belli calamitates exhiberi iuſto tempore non poterant, ordinis priſtini requirebant mutationem. Itaque duo anni unum ſunt in Volumen redacti. Tum vero Editor antiquam rediit in viam, et cuique anno ſuum duodecim menſium Volumen tribuit. Neque tamen ab anno 1764. inſtitutum continuauit MENCKENII, qui, vt infra pag. 830. memoraui, inde ab anni 1736. initio Voluminibus ſingulis tres Partes nouas addiderat. BELIVS poſtea cum lucri ſui non auidior ſolum, ſed etiam de negotio hoc dextre peragendo parum ſollicitus eſſet, deferbuit in dies emtorum ardor, ipſoque haud ita pridem exſtincto, factum eſt, ut et funus huius celeberrimi Diarii innoteſceret anno 1782. quo Volumen ultimum prodiit, libros recenſens nonnullos iam anno 1776. divulgatos.

Pag. 840. lin. 31. *duodecim*). offerunt loculos cet.

Pag. 845. lin. 10. poſt exhibet deleatur punctum.

Pag. 851. lin. 11. referunt.) Conf de SALIGIO *Lexicon Erud. Ioecher. Tom.* IV. p. 54. *edit nouiſſ.*

Pag. 853. lin. 4. noui) Godofred. Filgnerum, HENR. a BUNAV et Ge Chriſt. Gebauerum.

Pag. 857. lin. 22. SALIGIVS,) et in SCHMERSAHLII *Nachricht. von iüngſt verſtorb. Gelehrten*, *Vol.* II. *pag.* 696. THEODOR. CRVGERVS. Audivi cet.

Pag. 859. lin. 4. dubitauit.) Patet ergo cauſa, cur nunc rareſcere coeperit libellus.

Pag. 861. lin. 20 curam ſuſtinuit) Conf. PÜTTERI *Beſchreib. von Goettingen*, *pag.* 117.

Pag. 863. lin. 5. alumnis) inter quos locum praecipuum tenuit celeb. IOH. SALOM SEMLERVS, iam Theologiae Profeſſor apud Halenſes.

Pag. 864. lin. 9 *p. 91.*) Addendus his eſt SEMLERVS, paulo ante nominatus.

Ibid. lin. 18. licuit.) Ita quidem olim ſcripſeram. Poſtea in manus meas peruenerunt hae ſchaedae, quae nihil ſunt aliud, quam Ioh. Mart. Burgmanni, typographi Lipſienſis, Catalogus, nouas diſſertationes venum exponens, ordine Academiarum, ubi prodierant, alphabetico electo. Quaelibet Tuba explet plagulam, effigie minuta exornatam Profeſſorum praecipuorum, vel Theologorum ſaltim Lipſienſium. Hanc quidem ob cauſam locum hic nullum libellus meretur. Inde manaſſe tamen videtur *die gelehrte Fama* cet.

Pag. 866. lin. 1. *Anno* 1727.) et quidem a menſe Martio cet.

Ibid. lin. 8. auctorem) recte perhibet. Hunc enim CRAMERVM conſcripſiſſe libellum laude non defraudandum dubio caret. Partes tredecim exſtant, finitumque eſt inſtitutum a. 1728. auctore iter tunc temporis in quasdam Germaniae prouincias ſuſcipiente, quo abſoluto a priſtinis conſiliis receſſit.

Pag. 869. lin. 3. reperi.) Continuatum eſt hoc opus uſque ad annum 1761.

Pag. 870. lin. 4. editas.) Poſtea idem conſilium arriſit IOH. FRIDER. STOCKMAIERO, qui Conſiliarius Regiminis et Camerae Procurator in Ducatu Würtembergico a. 1777. diem obiit ſupremum. Ab eo ſcilicet accepimus *Gründliche Auszüge aus den neueſten iuridiſchen Diſputationibus, welche auf hohen Schulen in Deutſchland gehalten worden. Stuttgard.* a. 1753. in 8. abſolutum eſt Volumen I. alterumque ſucceſſit biennio poſt. Vtrumque Partes VI. continet, vna cum Indice Auctorum et rerum praecipuarum. Satisfecit omnino hic ipſe vir doctus lectoribus, qui non ſemper compotes fieri queunt eiusmodi ſcriptorum minorum, aegreque ferent non pauci, quod ex-

exſpectatione citius hoc in labore calamum depoſuerit.

Pag. 871. lin. 27. Recentiſſima aetate Faſtos Academiae Wittebergenſis b. IO. FRIDER. HIRTIVS *Bibliothecae orientali nouae et exegeticae* infra recenſendae, ſingulisque eius Partibus ſubiunxit.

Pag. 874. lin. 19. Quouis menſe) poſtremis tantum anni 1741. exceptis, et poſt auctorem primum finiuit hasce ſchedas MYLIVS anno ſequenti. 1742.

Ibid. lin. 26. p. 646. ſeq. Omnia haec inſtar magnitudinis Volumen implent, quod vero rarius nunc inuenitur. Ego certe, perluſtrandi non ſine multis difficultatibus eius perluſtrandi occaſionem ſum nactus. Idem fecerunt recentiſſimo aevo Auctores der *Jenaiſchen monatlichen Nachrichten von gelehrten Schriften*, quod ſcriptum periodicum Ienae a. 1765. Tomis quatuor prodiit, infra ad pag. 902. pluribus deſcribendum.

Pag. 877. lin. 13. p. 857.) (quod confirmatur etiam in den *fortgeſezten neuen genealog. Nachrichten, Part.* 157. *pag*. 7.)

Ibid. lin. 15. *p.* 79.) GOTTWALDVM etiam SCHVSTERVM, Medicum deinde Chemnicienſem, ſuas contuliſſe ſymbolas, docetur in FRID. BOERNERI *Leben der iezt berühmten Aerzte und Naturforſcher, Volum.* II. p. 501. Tandem adiecta eſt a. 1724. pars decima et ſexta, eademque ultima. Nec enim, qui plures promiſerat, Auctor fidem liberauit.

Pag. 879. lin. 2. Collectionem II. a. 1726. in prima cet.

Ibid. lin. 9. *p.* 182.) Poſtea ab a. 1729. uſque ad annum 1734. MANZELIO auctore prodierunt Miſcellanea Meclenburgica ſermone vernaculo *in* 8. quod opuſculum vitas breues et ſcripta virorum eruditorum Mecklenburgicorum particulis IX. exhibet, quae plagulas 27. continent.

Idem MANZELIVS anno 1737. in 8. incepit producere singulis hebdomatibus *Etwas von gelehrten historischen Sachen*, idque Diarium continuauit nulla interposita mora octo per annos. Tandem vero sex modo partes anno 1743. edidit, et sequenti tres tantum cum indice uniuersali. Postea anno 1745. addidit *die Geschichte der Juristen-Facultät in der Universität Rostock*, Opusculo huic successit continuatio prima, eaque ultima. Multa quidem viliora ibidem delicatus lector inueniet, sed ex stercore aurum etiam colligi potest.

Pag. 882. lin. 1. Collega) nec non MICH. RICHEY, Scholae tunc Stadensis Rectore.

Pag. 884. lin. 5.) in 8. quae usque ad haec ipsa tempora ordine non interrupto continuata sunt, usque ad finem anni 1784. quo annunciata est scripti periodici editio, quae ab anno 1785. hoc titulo: *Neue Litterarzeitung* a cel. ADELVNGIO edenda erit. Singulis hebdomatibus constabit tribus plagulis in 8. quibus singulis mensibus adiicietur una plagula, in qua de augmentis scientiarum recentissime factis uberius tractabitur.

Ibid. lin. 14. itemque) apud Lipsienses (deletis verbis: Lipsiensis — exhibens) CHRIST. SIGISM. LIEBIVS, satis inter litteratos notus, inde ab hoc ipso anno 1715. usque ad a. 1719. *in* 4. Conf. die *Leipz. gel. Zeitung*. a. 1736. *pag*. 430.

Pag. 888. lin. 26. KOHLIVS) Altonae a. 1779. octuagenario maior mortuus, obseruans cet.

Pag. 889. lin. 14. *continuant*:) Indices etiam cuique Volumini subiuncti, quod ad numerum pertinet, saepissime fallunt, ideoque lectoribus ad eos confugientibus parum faciunt satis.

Ibid. lin. 22. *differitur*.) Perrexere auctores, ex quibus inprimis memorandi sunt summe venerandus IOH. MELCHIOR GOEZIVS et CHRISTIANVS ZIEGRA,

ORA, qui posterior ante paucos annos vivis excessit, strenue usque ad annum 1763. cuius finis etiam terminum constituit sex voluminum Operi.

Pag. 890. lin. 2. anno 1760.) Nouissima ab anno 1778. exiit *Hamburgi* in 8. et ad hunc usque diem miro quidem fato continuatur *die Buchhändler-Zeitung.* Auctor est HEROLDVS, librarius, qui singulis hebdomatibus plagulam in 8. offerre solet. An autem titulus respondeat huic instituto, nec minus, alii viderint. Interim non paucis opella haec est ad palatum.

Ibid. lin. 31. quorundam) b. CHRIST. GVIL. FRANC. WALCHII, GATTERERI, HEYNII aliorumque celeberrimorum Virorum, ex quibus HEYNIVS hodie hoc iustitutum dirigit, cuius sub auspiciis has litterarias Ephemerides ad haec ipsa nostra tempora continuata esse huc usque inter omnes constat.

Ibid. lin. 33. excedunt.) Bellicos ob tumultus necesse fuit, ut anni 1761. et 1762. unum in volumen redigerentur. In his ipsis Ephemeridibus anni 1782. pag 1286. promissus, est Index uniuersalis, isque uberrimus, qui auide nunc exspectatur. Stetit etiam promissis FRIDERICVS ECCARDVS vir doctus, et anno sequenti edidit eos ipsos indices ab anno 1753. inchoatos. Partem primam huius Indicum collectionis ornat illustris HEYNII praefatio. Altera successit anno 1784. Vtraque excusa est in 8. mai.

Pag. 891. lin. 1. facere) conatus. Optanda — diuturnitas. Caeterum plura de his nouis litterariis eaque memoratu dignissima obseruauit IOH STEPHAN. PÜTTERVS *in der Beschreibung von Goettingen, pag.* 50. 107 266. seq.

Ibid. lin. 6. a. 1748. finito) post *Tomum* V.

Ibid. lin. 11. curam) donec a. 1765. succederent eiusdem *Neue critische Nachrichten.* Suffultus est Auctor

Viadrinae Ictus. A parte vero LXIX. anni 1772. eidem successit PHIL. ERNEST. BERTRAMVS, qui cum mense Octobr. a. 1777. mortem obiret, V. V. IOH. AVGVST. NOESSELT eius statim locum occupavit, qui adhuc spartam suam ex voto lectorum ornat. Multae lites, immodestae saepius, quibus Ephemerides istae vivente Klotzio, mixtae fuerant, post eundem penitus desierunt, quod quidem plurimis periucundum accidit. Illustr. MEVSELIVS etiam et TRAVGOTT. ANDR. BIDERMANNVS a rei initio usque ad a. 1771. non pauca suppeditarunt. Praeterea innotuerunt Ephemerides litterariae *Berolinenses* anno 1779. *Viennenses*, quae ab anno 1778. sub titulo: *Wiener Realzeitung* prodierunt, quarumque curam ab anno 1780. gessit FRID. IVST. RIEDELIVS nuperrime mortuus; *Austriacae* ab IGNATIO DE LVCA a. 1777. sq. editae; Pragenses (1779) *Hungaricae* et *Russicae*, quarum vero uberiorem mentionem, cum eorundem mihi desit adcuratior notitia, praetermittere licet.

Pag. 896. officina.) Idem quoque iudicium legi in celeb. *Oelrichsii Beyträgen zur Geschichte und Litteratur*, *pag.* 189. *seq.*

Ibid. lin. 17. ornantur.) Successit statim huic operi anno 1746. aliud inscriptum: *Göttingische Bibliothek, darinn der gegenwärtige Zustand der Gelahrheit in und ausserhalb Teutschland prüfend vorgestellet wird*, cuius operis autem Pars tertia, quae 1747. prodiit in 8. et paginas 290. complectitur, ultima fuit. Confer. PÜTTERI *Beschreibung von Göttingen*, p. 268.

Pag. 899. lin. 33. adiutores.) v. gr. IOH. HENR. MESSERSCHMIEDIVM, Rectorem olim Scholae Weissenfelsis, eiusque filium, IOH. CHRISTIANVM pluribus scriptis clarissimum, itemque IOH. GOTTL. GVIL. DANCKELIVM.

Pag. 900. lin. 32. continuatio.) Voluminis enim tertii partes duae priores a. 1751. Pars tertia et

quarta a. 1752. quinta a. 1753. Sexta vero anno sequenti, prodierunt. Volumen quartum anno demum 1758. finitum est, eiusque ex Praefatione patet suos Auctorem rivos varias ob causas clausisse.

Pag. 901. lin. antepenult.) *anni* 1757. P. XX.

Pag. 902. lin. 1. voluit.) Verum autem eius nomen indicatur in den *Götting. gelehrt. Anzeig.* a. 1762. pag. 671. Est nimirum AVG. LVDOV. SCHLOEZERVS, eodem adhuc anno Academiae Scientiarum Petropolitanae adiunctus. Post partem quintam a. 1760. editam, plures mihi haud innotuerunt.

Ibid. lin. 25. absolutum.) Anno 1765. Successit Volumen *duodecimum* cum Indice universali. Nunc inde ab hoc ipso anno continuatur hac inscriptione: *Neue Bibliothek cet.* Volumen XXVIII. haud ita pridem accepimus. Accesserunt itidem Indices universales in Volumina XXIV. et Pars quidem *prior* anno 1772. *altera* a. 1781.

Dirigente FRIDER. NICOLAI, qui varia ipse composuit, adsumtis sociis LESSINGIO et ABTIO aliisque mihi non cognitis *Berolini* anno 1759. ad a. usque 1765. lucem adspexerunt *Briefe die neueste Litteratur betreffend.* Partes prostant XXIV. *in* 8. postrema tamen Indicem in omnes continente, annoque 1767. adiectae sunt binae collectiones loco adpendicis. Multa exinde bonae frugis disci queunt, et iudicia de libris sub examen vocatis plerumque sunt adcurata.

Mox idem librarius longe doctissimus alias molitus est Ephemerides litterarias, ad solam Germanorum litteraturam restrictas. *Anno* enim 1766. *Berolini in* 8. *maiori* exhibuit *die allgemeine Deutsche Bibliothek.* Binae Partes Volumen efficiunt, quovis semestri absolutum. Auctores eruditi haud uno in loco commorantur, Germanorumque opera, in omni disciplinarum et artium genere conscripta solide, nonnunquam tamen acerbius, ubi e re litteraria videtur,

recen-

fatione sua instructum *Varsoviae a.* 1758. *in 8.* recudendum curavit. Conf. notata nostra infra *Tom.* II. *pag.* 1243.

Ibid. lin. 33. Horatium vocant.) Vitam tanti poetae LANGBEINIVS uberrime elegantissimeque descripsit, ac *Dresdae* a. 1753. in 4. edidit.

Pag. 677. lin. adscivit) et — Ianitius, cuius Poemata ob insignem raritatem ac praestantiam, *Lipsiae* a. 1755. in 8. nitide recusa fuerunt cura IOH. EHRENFRIED BOEHMII.

Ibid. lin. 15. Dlugossus) qui historiam suam post annos demum 25. absoluit, ut ex huius operis *Tomo* II. *pag.* 591. patet.

Ibid. lin. 19. lege Kobierzicki pro Robierzicki.

Pag. 678. lin. 6. prodiit.) Subsecutae sunt partes 3. 4. 5. *ibidem* a. 1753. omnes lectu sane dignissimae.

Ibid. lin. 11. *in 8. mai.*) Conf. MITZLERI *Warschauische Bibliothek*, *Part.* I. p. 79. ubi adseritur, quotidie magis nunc amari et coli bonas litteras in Polonia; et, quae *Varsouiae* a. 1752. *in 4.* lucem adspexit elegans FRANC. BOHOMELEC *pro ingeniis Polonorum* Oratio, in Gymnasio Societatis Iesu habita. Accepimus etiam *Berolini* 1778. *in 8.* de Polonorum litteratura *Essai sur l' histoire littéraire de Pologne.* Auctor iam studia eorum in rebus naturalibus ac Geographicis inde a Saeculo XVI. ad nostram usque aetatem docte persequitur, de reliquis scientiis artibusque in posterum acturus.

PRVSSIAE historiam litterariam primis lineis adumbratam GEORG. CHRISTOPH. PISANSKI a. 1765. *Regiomonti in* 4. prodire iussit. Partibus IV. agit de facie rei litterariae in Prussia ante conditam Academiam Regiomontanam, deinde ab eius origine Saeculo XVI. ad nostram usque aetatem progreditur, quod negotium diligentissime peregit. Vix tamen ube-

recensent. Hinc tamen variis impliciti litibus fuerunt. Inter eos olim exstitit THOMAS ABBTIVS, patriae nostrae ornamentum, praematura morte a. 1767. bonis litteris ereptus. Plures alii noluerunt adhuc publice indicari. Labor utilissimus ad hunc usque diem processit, et ultimum volumen, quod recentissime prodiit, est quinquagesimum nonum. Vnicuique volumini imago eruditi eleganter depicta praefixa est. Appendices etiam cum Indicibus necessariis in singula duodecim volumina accesserunt, ab a. 1771. Caeterum ipse editor *Volumine* IV. *seiner Reisen*, *pag.* 861. memorat, Diarium suum Vindobonae anno 1778 penitus fuisse prohibitum, nec solum Tomos iam exstantes id fati subiisse, sed etiam futuros.

Successit *anno* 1767 *Halae in 8. maiori* auspiciis CHRIST. ADOLPF. KLOTZII *Deutsche Bibliothek der schönen Wissenschaften.* Singulae partes duodecim circiter plagulas explent. Auctores diuersi ea tantum libere, neque tamen iuste semper sub examen vocant, quae ad litteras pertinent elegantiores a Germanis nouissime excultas. Cum Auctoris morte Pars ultima fuit XXIV. Nonnulla de hoc instituto anecdota leguntur in HAVSENII *Leben und Character Klotzens*, *pag.* 26. Consilium praecipuum erat, ut NICOLAI Diarium quouis modo supprimeretur.

Tum *Lemgouiae* anno 1772 originem coepit *Auserlesene Bibliothec der neuesten deutschen Litteratur.* Volumen huius operis lectu iucundissimi vicesimum prodiit anno 1781. idque postremum est indice vniversali instructum.

His Diariis addenda sunt sequentia: *Ienaische monatliche Auszüge aus den merkwürdigsten neuesten Schriften*, *nebst gelehrten Nachrichten und Beyträgen*, quorum ab a. 1765. *seq.* prodierunt Tomi quatuor

Jenae

Jenae in 8. *Die Bücherposaune ein litterarisches Journal*, cuius vero tantum quatuor Partes Lipsiae a. 1778. 8. prodierunt, et *Allgemeines Verzeichniss neuer Bücher*, quod Lipsiae ab a. 1778. apud bibliopolam Crusium prodiit, et adhuc continuatur. Indicatis libris pretium librorum et de iisdem iudicia neruosa et plerumque adcurata subiiciuntur. *Bibliothec der neuesten theologischen philosophischen und schoenen Litteratur*, cuius *Tomus* I. *Tiguri* 1784. prodiit.

Lectoribus Pontificiis ut prodesset, Placidus (SPRENGERVS) in Monasterio Franconico Banz dicto Director Cancellariae et Bibliothecarius primarius luci exposuit *Coburgi* anno 1775. in 8. *mai. Litteratur des catholischen Deutschlandes*. Iam Voluminis *quinti* pars prior innotuit. Conf. NICOLAI *Beschreibung seiner Reise*, *Volum*. I. pag. 100. Huic operi postea accessit similem scopum obtinens *Bibliotheca ecclesiastica noua Friburgensis*, quae ab a. 1775. 8. prodiit.

Viri quoque nonnulli eruditi a. 1779. *Kiloni in* 8. euulgarunt *das Litteratur-Journal*, forma ordinaria in maiorem commutata anno sequenti. Perrexerunt quidem in hoc instituto, iusto tamen tardius; anno quippe, quo haec scribo, 1783. priores saltim septem menses praecedentes accepimus. Annus etiam 1781. Cum Parte nona plane abruptus est ac finitus, ob varias causas, quas autem sociis indicare non placuit. Caeterum recensiones librorum hoc in scripto periodico occurrentes non parum diligentiae redolent, multaque noua litteraria Danorum in eodem memorantur.

Pag. 903. lin. 33. Lipsiae) et usque ad annum 1760. processit, quo finis impositus est huic vniverso operi.

Pag. 909 lin. 1. *Richtigkeit.*) Ipsi etiam Auctores in *den Theologischen Annalibus*, decennio I. *pag.* 765. *seq.* Langianis stricturis satisfacere studuerunt.

Pag.

Pag. 911. lin. 6. BVCHNERVS) una cum CHRIST. GVILIELMO BECKERO, cui debetur integrum Volumen sextum a parte quinquagesima. Conf. DVNCKELIVS in *Nachrichten von verstorbenen Gelehrten*, *Volum.* III. *pag.* 658.

Ibid. lin. 25. aliis sublevatus modo.) Sic varias librorum theologicorum et huius argumenti scriptorum minorum recensiones adiecit huic Bibliothecae IOH. FRIDER. HIRTIVS et FR. W. STROMEYERVS, de quo posteriori hoc praecipue observavit PÜTTERVS *Beschreib. von Göttingen*, *pag.* 202.

Ibid. lin. antepenult. carent.) Paulo post, finito instituto cum Volumine XIV. quod postremum adpendicis loco est bibliothecae modo memoratae, adiectoque a. 1760. indice universali, una cum GOTTLIEB. WERNSDORFII *memoria Kraftiana*, prodiit b. IOH. AVGVST. ERNESTII *Neue Theologische Bibliothek* cet. cuius *Pars* I. *ibidem* a. 1760. *in* 8. scenam aperuit. Volumen deinde decimum a. 1769. huic labori finem imposuit, tunc sequebatur anno 1771. *die neueste Theologische Bibliothek* usque ad annum 1775. Voluminibus IV. exhibita, quorum unumquodque decem Partes complectitur, et Indicibus necessariis Auctorum ac rerum instructum est. Voluminis IV. partes sex tantum prodierunt, quibus editis mors tanti Viri hoc opus praestantissimum interrupit. Assumserat sibi in adornando eodem b. Auctor nonnisi tales laboris socios, qui publicis iam fungebantur muneribus. Huius Operis in locum substituit *ibid.* a. 1780. in 8.

IOH. CHRISTOPH. DOEDERLINVS, insignis iam in Academia Ienensi Theologus, *die auserlesene theologische Bibliothek*, cuius partes duodecim Volumen conficiunt, iamque tertium Volumen strenue continuatur.

Pag.

Pag. 912 lin. 18. exhibente.) De nouo Diario, quod *Gedani* a. 1764. *in 8.* prodire coepit hoc titulo: *Theologische Berichte von neuen Büchern und Schriften*, plura legi possunt in *in den Leipz. gel. Zeitungen*, a. 1764. pag. 642. seq. Id saltim exinde repeto, architectos eius fuisse ERN. AVG. BERTLINGIVM. IONATH. HELLERVM, VERPOORTENIVM, GOTTLIB. WERSDORFIVM et EWALDVM, singulisque annis Partes X. qualibet sex plagulas exhibente, promitti. Continuatum est hoc opus dirigente Wernsdorfio, *Lipsiae* ab a. 1771. apud Heinsium annoque iam 1782. pars 109. prodiit, quam plures secutae sunt. Gedanensis autem librarius, Wedelius etiam pergebat cum suo eiusdem tituli Diario, quod Ioh. Gerberus sacerdos apud Gedanenses cum sociis exhibuit, annoque 1771. Pars 92. divulgata est. Vtrumque opus periodicum, quantum quidem ego novi, finem suum accepit.

Anno itidem 1765. Lubecae in 8. typis impressae sunt: *Nachrichten von den merkwürdigsten theologischen Schriften unserer Zeit.* Partes XII. Volumen efficiunt iustae magnitudinis. Laudatur conatus in den *Götting. gel. Anzeigen.* a. 1765. pag. 561. Volumina tria prodierunt completa, et qui in eis elaborandis diligenter versati sunt, fuerunt, ut alios taceam, IVSTVS FRIDERICVS FRORIEPIVS et CHRISTIANVS FRIDERICVS SCHMIDIVS. Vltima pars huius scripti prodiit *Lubecae* a. 1771.

Nec taceri debet IVSTVS FRIDER. FRORIEPII egregium studium, cui quippe tribuenda est *die Bibliothek der theologischen Wissenschaften*, cuius Pars I. *Lipsiae* 1771. in 8. lucem vidit, plausuque excepta publico est. Hanc secutae sunt reliquae operis Partes *Lemgouiae* editae. Constat hoc diarium duobus Tomis, quorum quilibet sex Partes continet. Absolutis his duobus Tomis idem Auctor prodire fecit

in

in publicam lucem *Bibliothek der theologischen Litteratur*, cuius autem tantum duae Partes prodierunt, *Erfordiae* 1779. in 8. His addenda eſt celeb. HUFNAGELII *Nova Bibliotheca theologica*, cuius adhuc duo Faſciculi editi ſunt *Erlangae* 1783. *in 8. mai.*

De libris novis Orientalium linguarum itemque exegeticis exſtat IOH. DAVID. MICHAELIS, V. Ill. *orientaliſche und exegetiſche Bibliothek*, quae ab a. 1771. uſque ad hoc tempus Francofurti ad Moenum edita eſt *in 8.* Quouis ſemeſtri diligenter continuauit Auctor inſtitutum hoc laudabiliter ſuſceptum, cuius iam prodiit *Pars* XXII. Huc etiam ſpectat IOH. FRIDER. HIRTII *Orientaliſche und exegetiſche Bibliothek*, cuius Partes octo editae ſunt Ienae ab anno 1770. uſque ad annum 1776. 8. Partem octavam ſecuta eſt *Wittenbergiſche neue orientaliſche und exegetiſche Bibliothek* ab a. 1776. eiuſdem Viri iam beati, cuius tamen tantum Partes tres prodierunt in 8. Neque minus hic obſeruari merentur *Chriſtiani Friderici Schmidii philologiſche und kritiſche Bibliothek*, cuius Tomi duo Lipſiae 1770. 1771. divulgati ſunt, et celeb. HARLESII *kritiſche Nachrichten von kleineren theol. philoſ. hiſtor. und philolog. Schriften*, cuius libri periodici huc uſque prodiit *Volumen* I. et II. *Pars* I. II. *Norimb.* a. 1782-1784. in *8.*

Ad litteraturam theologicam recentiſſimam cognoſcendam praeterea multum conferunt *Bibliotheca univerſalis theologica Mietavienſis* et *Quedlinburgenſis recentiſſima*, quarum prior XIII. Partibus conſtat et Mietaviae ab a. 1774. uſque ad a. 1779. *in 8. maiori* prodiit. Poſterior coepta eſt demum a. 1784. et huc uſque editae ſunt Partes eius tres, quae valde laudantur in *Ienenſium gelehrten Zeitungen* a. 1784. *Scid.* 90. *pag.* 752. ſequ. Neque hic ſilentio praetermitti debent *D. Georg. Frid. Seileri gemeinnützige Betrachtungen über die neueſten Schriften von der Religion, Sitten*

Sitten cet. nebst Beylagen, quod scriptum devulgatum est Erlangae ab a. 1776. 8. et cum eiusdem *theologischkritischen Betrachtungen neuer Schriften*, quorum Pars I. prodiit a. 1779. 8. adhuc continuatur.

Pag. 915. lin. 15. quadragesima) ad sextam usque et septuagesimam Operis cet.

Ibid. lin. 30. Lipsienses) inter quos innotuit mihi CHRISTIAN GVILIELM. KÜSTNERVS, illustris patriae suae consul.

Pag. 916. lin. 30. plagularum.) Deleatur linea sequens, cuius loco sequentia addantur: sed anno demum 1762. Voluminis II. Pars altera mihi obvenit, nec plures, quantum quidem ego scio, successere. Quae mora, et naevi nonnulli, stimulum addiderunt, ut eiusmodi laborem in se susciperet illustris Ictus, *Ioh. Henr. Christ. a Selchow.* Is anno 1764. *Göttingae* in 8. aperuit: *die iuristische Bibliothek von neuen iuristischen Büchern und Schriften*, cuius diarii nobilissimi quatuor singulis annis partes, quae iustum explent volumen, promiserat; sed anno demum 1782. Volumen V. absolutum est, est nunc finem operi huic imposuisse videtur auctor. Integrum Volumen IV. et partem primam ac secundam sequentis, aliorum esse laborem, ipse profitetur, in praefatione parti tertiae Voluminis quarti praefixa. Conf. praefatio eiusdem parti secundae Voluminis quinti praemissa. In hac palaestra successit BACHIO scriptor quovis plausu dignissimus, AVGVST. FRID. SCHOTT, qui Lipsiae a. 1768. incepit *unpartheyische Kritik über die neuesten Iuristischen Schriften.* Adiutorem inter alios habuit TRAVGOTT ANDR. BIDERMANNVM, Ictum, processitque eius institutum usque ad Volumina plura, idque postremum cum parte centesima ac Indice universali anno 1782. finitum est. Causam huius consilii reddit SCHOTTVS in monito ante Indicem obvio. Iure meritoque continuatio huius operis opta-

optabatur, quam etiam SCHOTT V. C. exhibuit in opere periodico, quod inscribitur: *Bibliothek der neuesten iuristischen Litteratur*, cuius adhuc *Lipsiae* a. 1783. 1784. duae partes prodierunt in 8. mai.

Interea cum SCHOTTVS adhuc occupatus esset in suscepto negotio CHRIST. GMELIN et CAR. FRID. ELSAESSERVS, Icti Erlangenses, concinnare coeperunt aliud opus, ita inscriptum: *Neueste iuristische Litteratur*. Singulis nundinis Lipsiensibus, modicae molis volumen ab iis diuulgabatur, primumque id fiebat *Erlangae* a. 1777. *in 8.* Interea hunc ordinem seruarunt deinde vsque ad a. 1779. quo, Volumine priori edito, recesserunt auctores ab hoc scripto periodico, alterumque Volumen ultra dimidium MAYERVS, Iur. Doctor, reliqua perfecerunt bini Antecessores Altorfini, IVLIVS FRID. MALBLANC et IOH CHRIST. SIEBENKEES, et ad hoc vsque tempus dextre prosequuntur viam suam, ab anno saltim 1781. Partes quatuor, ideoque quouis trimestri vnam exhibuerunt. Praecipue scripta minora, quae non admodum innotescere solent multis, adcuratiori studio recensent. His addatur: C. F. RÜHLII *allgemeine Iuristische Bibliothek*, cuius vero iam absolutae tantum partes duae *Francofurti ad Moen.* prodierunt a. 1780. Ab Anno 1781. prodiit, *Allgem. jurist. Bibliothek, herausgegeben von zweien Altorfischen Professoren* (V. V. C. C. MALBLANC et SIEBENKEES) cuius IV. iam volumina unumquodque II. partium, Norimbergae usque ad ann. 1784. exstant.

Anno etiam 1761. a IOSEPHO ANTONIO RIEGGERO *Vindobonae in 8* patefacta est *Iuris Canonici Bibliotheca*, in qua libri indicantur, ac recensentur tam veteres quam noui, insertis nonnunqum commentationibus singularibus, vitisque celebrium in hac iuris doctrina virorum. Conf. die *Gotting. gel. Anzeigen*, a. 1762. *pag.* 511. seq. Sed vltra duas particulas, quas non sine magnis difficultatibus olim ac-

cepi, nihil amplius prodiit. Huc etiam ſpectat ANDR. IOH. SCHNAVBERTI *Neueſte iuriſtiſche Bibliothek, vornemlich des deutſchen Staats- und Kirchenrechts*, cuius *Pars* I. *Giſſae* 1780. et *Pars* alt. *ibid.* a. 1783. *in* 8. prodiit.

Pag. 9 9. lin. 5. Volumina VII.) Primae Decadis Index triplex *Lipſiae* a. 1770. auctore FROELICHIO, Medicae artis Doctore in Luſatia ſuperiore lucem adſpexit. Poſt auctoris primi obitum inde ab a. 1773. continuavit hoc opus IOH. DAN. REICHELIVS, qui a. 1782. volumen 24. abſoluit.

Ibid. lin. 10. His addantur Bibliothecis medicinam ſpectantibus IOH. ANDR. MVRRAY *mediciniſch-practiſche Bibliothek, worinnen Nachrichten von den neueſten zur Ausübung der Heilkunde gehörigen Schriften und Vorfällen gegeben wird*, cuius operis tres Tomi Goettingae a. 1775- 1780 in 8. prodierunt, quorum quilibet quatuor in partes eſt diuiſus. Continuationem eius, quantum ego quidem novi, in ſe ſuſcepit BLVMENBACHIVS, C. MART. WEBER *Entwurf einer auserleſenen Medicin. pract. Biblioth. Deſſ. et Lipſ.* 1784 *in* 8. et IO. CHRISTI. TRAVGOTT SCHLEGELII, Doctoris Medicinae apud Longoſaliſſenſes celeberrimi *mediciniſche Litteratur für praktiſche Aerzte*, cuius octo Partes a. 1781. uſque ad a. 1784. in 8. Lipſiae prodierunt.

Ad ſcripta chymica, quae noſtris temporibus prodierunt, adcuratius pernoſcenda ſpectat imprimis BAVMER *Bibliotheca chimica. Gieſſae* 1782. 8. LAVR. CRELLII *Chemiſches Iournal für Freunde der Naturlehre, Arzeneygelahrheit, Haushaltungskunſt und Manufacturen*, cuius operis *Volumen* I. *Lemgoviae* 1778. *in* 8. *Volumen*, VI. autem 1781. prodiit.

Ad litteraturam ſpecialem Chirurgiae prae reliquis ſpectant: *Hieron. de* VIGILIIS *von* CREVZENFELD. *Bibliotheca chirurgica Tom.* II. *Vienn.* 1781. AVGVST. GOTTLIEB. RICHTERI, Medici apud Goettingen-

tingenses celeberrimi, *chirurgische Bibliothek*, cuius editio coepta est Goettingae 1771. et adhuc continuatur. Anno praecedenti 1784. editus est septimus eius Tomus. Quilibet Tomus quatuor partibus constat. IOH. CLEM. TODII *medicinisch-chirurgische Bibliothek*, cuius ab anno 1775 - 1784. Tomi IX. *Hafniae in 8.* prodierunt, quorum unusquisque tribus partibus constat.

His adiungi merentur celeb. ERNEST. GODOFR. BALDINGERI *Magazin für Aerzte*, quo in libro periodico medicorum scriptorum recensiones exhibentur. Partes XII. eiusdem prodierunt Lipsiae ab a. 1775. usque ad a. 1778. Continuavit idem auctor hoc institutum in opere, quod inscribitur: *Neues Magazin für Aerzte*, cuius adhuc ab anno 1779. incepta usque ad annum 1785. edita sunt *Lipsiae* Volumina septem, quorum quodvis sex partes comprehendit, quibus accessit postea Eiusdem *medicinisches Iournal*, cuius libri prodierunt usque ad a. 1784. quatuor partes *in 8. mai.* et CHRISTIAN. GODOFRED. GRVNERI, Medici Ienensis celeberrimi, *Kritische Nachrichten von kleinen medicinischen Schriften in- und ausländischer Academien vom Iahr* 1780. 1781. cuius operis praeclari adhuc in posterum continuandi editae sunt partes duae Lipsiae 1783. 1784. 8. Quibus addas *das Frankfurter medicinische Wochenblatt*, cuius partes quatuor *Francofurti ad Moen.* a. 1780. a. b. *Reichardto* inceptae, usque ad a. 1784. a Cl. *Mullero* continuatae sunt.

Caeterum vniuersus litteraturae medicae ambitus ex ALBERT. HALLERI *Bibliotheca medica*, quae tribus operibus separatim editis, bibliotheca nempe botanica, anatomica, chirurgica et practica, iam supra in hoc opere memorati, constat, et C. G. KESTNERI *Bibliotheca medica selecta*. (*Ienae* 1746. 8 *mai.*) his operibus intelligi poterit; addantur cel. IOH.

ANDR. MVRRAY enumeratio *librorum praecipuorum medici argumenti*, *Lipsiae* 1773. *in 8.* et CARRERE, Galli doctissimi, *Bibliothéque historique et critique de la Médécine*, cuius operis Tomi *duo Parisiis* anno 1776. in 4. prodierunt, de quibus conferendus est illustris BALDINGERVS in *neuen Magazin für Aerzte*, *Tomo* II. *Parte* 2. Memoratur quoque praeterea a SCHLOEZERO in *Briefwechsel*, *Heft* 35. 36. *pag.* 322. Liber Anglicus ad litteraturae medicae apud Anglos faciem vberius pernoscendus spectans, qui sub titulo: *The medicinal Register for the Year* 1779. *Londini* in 8. *mai.* prodiit, ut alios libros huc spectantes, omittam.

Ibid. lin. 30. legas in Goettingensi, post in Erlangensi cet.

Pag. 920. lin. 33. Nondum deleatur, et legatur, plura post Vol. VI. annumque 1754 certum est non prodiisse. Quum --- hic loci, at nimia passim brevitate, commemorantur ea, cet.

Pag. 921. lin. 2. fuerunt.) Postea Ienae a mense Septembri a. 1759. in 8. coepta est moderatore IOACH. GE. DARIES Philosopho et Icto hodie apud Viadrinos celeberrimo, *die Ienaische philosophische Bibliothek*, cuius diarii sex partes, singulis mensibus excusae. volumen modicae magnitudinis efficiunt. Vidi eorundem bina, perspexique exinde, quaedam immisceri, quae ad litteras pertinent humaniores. Post annum 1760. Volumen alterum fuit etiam ultimum. Auctores, qui nomen suum profitentur, sunt praeter DARIESIVM, BALTHAS. MVNTERVS, IOH. STEPH MÜLLERVS, et BEHNIVS. Recensentur in hoc opere libri philosophici adcurate, nec spernenda sunt, quae subiungi solent, de iisdem iudicia. Conf. die *Leipzig. gel. Zeitung.* a. 1760. *pag.* 203. In eiusdem diarii locum successit Klotzii impulsu. FRIDER. AVGVST. RIEDELII *philosophische Bibliothek*, cuius *Pars* I. plagu-

plagularum duodecim Halae 1768. in 8. prodiit. Prostant eius Tomi duo, quorum prior *Halae* 1769. posterior autem demum a. 1775. in 8 in lucem prodiit publicam. Praeter philosophica scripta ibidem etiam ea, quae ad rem criticam et elegantiores artes spectant, exhibentur recentiora. Neque tamen fusiores librorum expositiones sunt exspectandae, sed nova praecipue, potiora, vera vel falsa eorundem. Quum auctor hunc laborem deseruisset, SATTLERVS *Lipsiae* a. 1771. adornare coepit *die neue philosophische Bibliothek*, cuius singulis Voluminibus in 8 edendis Partes 4. destinatae fuerunt, sed post Volumen II. etiam huic Bibliothecae philosophicae finis est impositus. Hanc postea secuta est ZOBELII *Bibliothek der Philosophie und Litteratur*, liber a. 1774. in 8. Lipsiae editus, cuius autem tantum duo Tomi prodierunt, quorum quilibet duabus Partibus constat. Eodem fere tempore coeptum est novum huius argumenti opus, titulo: *Neue philosophische Bibliothek* ornatum, cuius Volumina duo, Partes VIII quae comprehendunt, edita sunt Lipsiae 1775. 1776. in 8. Primus auctor huius instituti fuit IOH. ERNEST. FABER, qui tamen tantum duas priores primi Tomi partes dirigere et elaborare potuit. Reliquarum, post eiusdem Viri praematuram mortem, curam egregie gessit celeberrimus Almae Salanae Philosophus, IVSTVS CHRISTIANVS HENNINGS. Recentissimo tempore IOH. CHRISTIAN. LOSSIVS, Philosophus Erfordiensis edidit *die neueste philosophische Litteratur*, cuius sex Partes prostant *Halae* a 1778. 1779. 1781. in publicam lucem prolatae, in 8 quam continuare coepit idem Auctor in der *Uebersicht der neuesten philosophischen Litteratur*, cuius libri adhuc *Gerae* Partes duae ab a. 1783. 1784. prodierunt in 8.

Neque hic omittenda est, quae anno 1770. subsequebatur IOH. BECMANNI *physicalisch - oeconomische Biblio-*

Bibliothek, *Göttingae* in 8. prodiit, quam plausu publico ab eruditis viris exceptam fuisse constat. Iam anno 1784. Volumen eius XIII. prodiit. Recensentur in eadem nouissimi libri ad Physicam, Oeconomiam et Historiam spectantes.

Ibid. lin. 12. magicis.) Addantur quoque ELIAE CASP. REICHARDI *vermischte Beyträge zur Beförderung einer näheren Einsicht in das gesammte Geisterreich*, quae collectio continuationem operis Hauberiani sistit. Volumen eius I. ex Partibus IV. constans *Helmstadii* a. 1781. in 8. prodiit.

Pag. 923. lin. 25. absolutum est.) Volumen XII. a. 1763. et cum eodem plane desiit conatus. Digna etiam sunt utique posteritatis memoria CHRIST. ADOLPH KLOTZII Acta *litteraria*, quae librorum philologicorum et criticorum praecipue recensiones stilo latino eleganti suppeditant. In singulis voluminibus Partes IV. exhibentur octo plerumque plagulis. *Volumen* I. *Altenburgi* a. 1764. *in* 8. septimum autem, quod postremum est, anno 1772. prodiit, verum Partibus saltim tribus, quarum duas posteriores Vir Illustris GOTTLOB. BENEDICT. SCHIRACHIVS addidit, Auctore iam vivis erepto. Observatu praeterea digna est, sub auspiciis CHRISTIAN. GVIL. FRANC. WALCHII et VOLBORTHII ante plures annos coepta et a posteriori sedulo continuata *Bibliotheca nova philologica*.

Inter diaria, quae historica scripta recensent, primo loco nominanda est IOH. CHRISTOPH GATTERERI *allgemeine historische Bibliothek*, Halae Magdeb. a. 1767 usque ad a. 1771. in 8 mai. Praeter notitiam de scriptis historicis recentioribus passim insertae commentationes singulares sunt, ad argumenta historica, genealogica, diplomatica cet. spectantes. Sine his postea Goettingae ab a. 1777. usque ad a. 1781. continuatio totidem Voluminibus accessit, at mutato

mutato sic titulo: *Historisches Iournal.* Nec sine laudis praefatione memorandus est illustris MEVSELIVS, idem institutum suscipiens, *Altenburgi* scilicet 1769. edidit in 8. maiori *Betrachtungen über die neuesten historischen Schriften.* Volumen V. a 1773. fuit ultimum. Tum Halae anno 1774. successere *Fortgesezte Betrachtungen über die neuesten historischen Schriften*, quod opus Volumina IV. Partibus duodecim explet. Adiunxit deinde varia eiusdem argumenti opuscula, scilicet Halae 1775. usque ad a. 1778 in 8. maiori, *den Geschichtsforscher, Partibus* VII cum Indicibus. Nonnulli virorum eruditorum symbolas suas contulere ad illustranda diversa historiarum capita. Inter hoc ipsum tempus Erfordiae eadem forma a. 1778. prelum typographicum reliquit partibus sex *Neueste Litteratur der Geschichtkunde.* Successerunt laudati viri studio *Norimbergae* a. 1779 et 1780 eadem forma *historische Untersuchungen* Partibus III. unico inclusis volumine, *Beyträge zur Erweiterung der Geschichtkunde. Aug. Vindel.* 1780 1782. *Part.* II. *in 8. mai.* eadem ratione, ut antea fecerat, multis adiutoribus adhibitis; ubi tamen non librorum recensiones inveniuntur, ideoque inter diaria litteraria vix referri poterunt haec opuscula. Maiori iure locum hic meretur eiusdem *historische Litteratur.* Initia coepit hoc opus anno 1781. a quo *Erlangae eadem forma* Partes XII. excusae sunt, et quouis sequenti annno, ad hunc usque diem, totidem partes huius diarii prodiere.

De litteratura geographica bene meritus est IOH. GEORG. HAGERVS, quippe qui *Chemnitii* anno 1764. primum hoc in genere edidit *den geographischen Büchersaal*, quo in diario auctor libros geographicos, tam veteres quam novos, cum epicrisi recenset, mappas geographicas praestantiores indicat, memoriamque commendat eorum, qui studiis hisce operam

ſuam conſecrarunt. Volumen III, idque ultimum, *anno* 1778, fuit abſolutum. Idem quinque diſſertationibus de primis Geographiae ſcriptoribus breviter egit ibid. a. 1767. ſequ. quae ſcripta recuſa ſunt in eius Diario laudato, cuius unumquodque Volumen Partes X. explet. Singulis menſibus Pars ſex plagularum *in 8.* excuſa eſt. Ampliſſima recenſio Voluminis primi et ſex Partium ſecundi legitur in celeb GATTERERI *hiſtoriſch. Iournal*, *Part.* I. *pag.* 239 ſeq. Huic ſcriptori ſucceſſit poſtea vir reverendus, ANTON FRIDER. BVESCHINGIVS, a quo *Berolini* ab a. 1773. ad hunc uſque diem Diarium accepimus, cuius ſingulis hebdomatibus plagula dimidia *in 8* exhibetur. Inſcriptio haec eſt: *Wöchentliche Nachrichten von neuen Landcharten, geographiſchen, ſtatiſtiſchen, hiſtoriſchen Büchern und Sachen.* Iam Volumen XIII. ſtrenue continuatur a Viro laudatiſſimo. Hageri Bueſchingiique exemplo incitatus videtur IOH ERN FABRI, qui non ſine plauſu publico aperire coepit anno 1783 *Geographiſches Magazin.* Singulis ſex octove hebdomadibus pollicitus eſt partem, octo vel novem plagularem, iamque a. 1784 pars decima cum Volumine quarto *Deſſaviae* et Lipſiae lucem adſpexit. Quodlibet Volumen Partes IV. complectitur His addatur ſcriptum periodicum, libros ſic dictos Romanenſes illuſtrans, quod ſub titulo: *Iournal aller Romane und Schauſpiele*, Lipſiae a. 1784. prodire coepit.

Pag. 524 lin. 8. legas: Berolini a. 1754. tentaret cet.

Ibid. ſub finem §. XXV.) Bibliothecam etiam *militarem* nunc habemus quam Auctor, generoſiſſimus *a Scharnhorſt* pandere coepit *Hanoverae* 1782. *in 8.* Inter alia indicantur atque recenſentur ibidem libri noviſſimi, adiectis multis aliis, quae hoc ad argumentum ſpectant. Partes quatuor priores iam exhibitae

hibitae sermone Germanico tantopere placent, ut longa omnino aetas isti Diario sit optanda. Neque tamen negligenda sunt, quae de labore isto monentur in *Kielischen Litteratur-Journal*, a. 1783. Part. III. p. 217. *seq.*

Agmen harum Ephemeridum claudat *Anticriticus*, quem ante plures annos 1768. *Lubecae* ediderunt nonnulli docti viri, ex quibus CHRISTIAN. FRID. SCHMIDIVS, et CHRIST. AVGVST. WICHMANNVS innotuerunt, in quo respondetur ab auctoribus ad impugnationes nonnullorum scriptorum imprimis theologicorum, in aliis Ephemeridibus litterariis factas. Volumina duo, quae Partibus duodecim constant, loco memorato prodierunt, quibus absolutis Auctores certis de causis filum huius instituti abrumpere, et huic operi finem imponere constituerunt.

Pag. 924. lin. 8. leg. *Berolini* a. 1754.

Pag. 929. lin. 11. *absolutum est.)* Vicesimum a. 1759. prodiit. Quovis enim cet.

Ibid. ad finem §. XXVI) His Anglorum Ephemeridibus subiungantur adhuc libri sequentes: *The London Catalogue of Books in all languages, arts and sciences, that haue been printed in Great-Britain since the year* 1700. *London* 1773. *in 8.* et *The medical Register for the year* 1779. *London, in 8. mai.* ut alia scripta silentio praetereaim.

Pag. 931. lin. 2. statim) Mercurius post Sectionem alteram, quae binae plagulas sex ac dimidiam explent, ansam cet.

Pag. 940. lin. 11. libello) Gothae a. 1761. 8. Germanice recuso, huc pertinent cet.

Pag. 941. lin. 24. exemplaria) Id intellexi saltim, hoc Diarium raritate caeteris praestare omnino, quae vir doctus postea confecit. Etiam cet.

Ibid. lin. 19. p. 523.) Idem proſtat Belgice, anno 1713. in 8. hoc titulo editus: *Logenkramer tegen de Clerk* Vid. *Bibliotheca Burmanniana*, *pag.* 292

Pag. 947. lin. 4. Diarii) generatim Volumina octoginta ac tria explentibus, dicenda cet.

Ibid. lin. 9 mox) ex titulo anni ſequentis cet.

Ibid. lin. vltim. vocatum) et idem *de Boekzaal* cet.

Pag. 948. lin. 7. quae in ſubiecta his nota cet.

Ibid. lin. 15. fata) quae ſibi patrocinio civium quorundam contra Senatum adſciuerat, relinquere cet.

Pag. 954. lin. 16. *Iournal Littéraire)* Hagae-Comitum, factumque ſcribendi exordium a menſe Maio et Iunio.

Ibid. lin. 18. deleantur verba, captamque —— *in* 8.

Pag. 957. lin. 29. Francofurtenſi,) cui titulus eſt, *Bericht von neuen Sachen aus der gelehrten Welt*, naevis cet.

Pag. 959. lin. 26. exiſtiment.) De CLAVBERTI continuatione, anno 1731. ibidem incepta, vid. *die Leipz. gelehrt. Zeitungen* a. 1739. p. 419. *ſeq.*

Pag. 964. lin. 23. legatur, *Ourages périodiques* cet.

Pag 967. lin. 3 p. 307.) His addendus quoque eſt CAR. STEPHAN. IORDANVS, de quo vid. SIMONETTI in *vermiſchten Beyträgen zum Dienſt der Wahrheit Vernunft und Religion*, *Volum.* II. *Part* I. *artic.* 8. ubi occurrit: *Nachricht von denienigen Ausarbeitungen, welche der Herr geheimte Rath Iordan, in der Bibliothéque germanique und Iournal littéraire verfertiget hat.*

Pag. 968 lin. 21. prelo eſt liberatus) qui fuit ultimus. Acceſſit Operi Tomus ſingularis, Indicem continens. Singuli cet.

Pag.

Pag. 971. lin. 23. Opus,) quod nunc rarescit, anno 1753. cet.

Ibid. lin. 31. XXVII.) cuius legenda est praefatio a librario praemissa, Auctores cet.

Pag. 973. lin. 23. confirmat) praeter *Lexicon erudit. Joecherianum* PAPILLONIVS in *Bibliothéque des Auteurs de Bourgogne, Tom.* I. *pag.* 116.

Ibid. lin. 30. *p. 145 sq.*) *Tomus* III. rarissimus est, quippe a Belgis m. Iulio 1731. suppressus, quod ob defensionem sententiae Saurinianae factum est, scilicet proferri nonnunquam posse, quae veritati repugnant. Vid. PAPILLON loc. cit. *pag.* 116.

Pag. 975. lin. 8. De) ipsa re v. *die* cet.

Ibid. lin. 13. MAVVIVS) atcum exitu anni 1757. Tomoque XXIV. finivit. Cuivis cet.

Pag. 976. lin. 30. procedentem.) Tum cum ultimo mense anni 1758 plane desiit labor, qui totus exhibet Partes quatuor et quinquaginta, Tomis XVIII comprehensas.

Pag. 977. lin. 12. *la France littér. p.* 136.) et filium vxoremque ipsius doctissimam, vti memorat MEVSELIVS *Bibliotn. historic. Part.* p. 31. Methodum cet.

Ibid. lin. 19. Anno 1773. Auctores persecuti adhuc sunt coepta egregia, donec cum Tomo L. finis imponeretur instituto, cuius in locum *ibid* a. 1781. Successit *Nouuelle Bibliotheque Belgique.* Nonnisi scripta Latina, Gallica et Belgica, in ipso Belgio exarata et edita hic recensenda obueniunt.

Pag. 979. lin. antepen. leg. BOVRGVETO pro BOVRGVET) Add. STOSCHII *Neues gel Europa, Part.* XV. *pag.* 785. ubi eadem adfirmantur.

Pag. 980. lin. 28. *curieuses)* quod diarium adhuc a. 1760 floruisse audiui.

Pag. 981. lin. 27. videre memini.) Tomus XX. fuit postremus. Sequenti vero *Anno* 1763. Operis huius in locum successerunt *woechentliche Anzeigen zum Vortheil der Liebhaber der Wissenschaften und Künste,*

ste, in 8. vid. *die Goetting. gel. Anzeig. a.* 1764. *Scid.* CLVII. *p.* 1212.

Ibid. lin. 33. p. 152.) Interruptum poſtea anno 1762. medio, iterum ab eodem anno 1764. ſuſceptum fuit. vt et cet.

Pag. 982. lin. 5 inſtitutum) laudati Tſcharneri, editoris, nec non Halleri cet.

Ibid. lin. 7. auſpiciis proceſſit.) — — 416.) Deſiit autem anno 1763. cum trimeſtri ſecundo; Tomi II. priores Francof. et Lipſiae a. 1761 in tabernis publicis comparuere, titulo ſic mutato: *Deliciae eruditorum miſcellaneae ex eorum Operibus excerptae.* Pars Tomi utriusque prior excerpta ex libris, altera opuſcula ſingularia et virorum doctorum elogia, poſtrema nouorum litterariorum indicem complectitur.

Ibid. in §. XXXV. delendae ſunt priores lineae quinque, pro quibus legatur: Apud *Danos* iam *anno* 1720. *Hafniae in 8.* coepta ſunt Noua litteraria, *Tidewder om larde Sager* inſcripta, quae poſt Lipſienſia huius generis antiquiſſima dicuntur in *Büſchingii* Diario de re litteraria Danorum cuius mox breuem hiſtoriam ſuppeditabo, *Volum* I *Part.* VI. pag. 499. Ipſa verba haec ſunt: *Dieſe Zeitungen haben ſchon im Jahre* 1720. *angefangen, und ſind alſo nach den Leipzigern unter allen die älteſten. Es kömmt davon wöchentlich ein halber Bogen heraus, darin ein guter Theil deſſen, was in Dännemark ans Licht tritt, recenſiret wird, auch manche andere Artikel von Deutſchen Sachen vorkommen, doch werden die Nachrichten von gegenwärtigen Schriften gröſtentheils aus deutſchen Gelehrten Zeitungen überſezt. Das Jahr* 1721. *iſt Lateiniſch mit dem Titel:* Noua litteraria, *und hat nach Mollers Cimbria litterata den Staats Rath Hoier zum Verfaſſer. Nachgehends ſchrieb ſie eine geraume Zeit einer, Namens Wieland. Da ſie vor* 1749 *weder Titel noch Regiſter hatten, ſo findet man ſehr ſelten an einem Orte ein vollſtändiges*

diges Exemplar davon. Die Jahre 1723. *bis* 1728. *werden am meisten geschätzt, weil sie mit den Holzschnitten Dänischer Wapen angefüllt sind.*

Pag. 983. lin. 10. tamen) adſumſit ſocios cet.

Ibid. lin. 16. adiutores) Iſaac. Andr. Coldium.

Ibid. lin. 19. doctiſſimam) (cui una cum eius fratre, ac Lorckio, multa etiam Voluminis primi et ſecundi debentur) item cet.

Ibid. lin. 29. inſcripta.) Sex hic Partes Volumen abſoluunt. Auctores cet.

Pag. 984. lin. 2. permoleſte) ferunt, quod dignus laude conatus opinione citius interruptus ſit. Vltimum enim eſt Volumen quartum.

Anno 1753. menſe Martio Hafniae inchoauit MALLETVS, adiutore *des* ROCHES, *Mercure Danois* in 8. opus methodo Diarii Gallici, *Mercure de France*, compoſitum eſt. Indicantur non ſolum et recenſentur libri nuper editi, ſed etiam varia noua cum litteraria tum politica. Nec deſunt obſeruationes integrae, partim ex aliis operibus decerptae, partim hic primum exhibitae. Tres menſes explent Volumen quatuor ac viginti circiter plagularum. A. 1757. a menſe Martio ad Iulium usque interruptus fuit conatus, propter grauiores MALLETI labores. Tradere igitur aliis lampada debuit. FORMEY in *Annales typographiques pour l' Allemagne, Tom.* I. *menſ. Januar.* 1761. p. 61. haec notauit: *c' eſt un des meilleurs Iournaux, qui paroiſſent à préſent. Il a toujours été entre les mains d' Auteurs très-eſtimables, et Mr. Reuerdil, qui le publie actuellement, le ſoutient auec honneur.* Finis impoſitus eſt huic labori cum anno 1760.

Magis ſpeciale eſt inſtitutum, ibidem menſe Iulio 1759. ſuſceptum, quo prodierunt *Mémoires ſur la Litterature du Nord.* Singulis quatuor menſibus Tomus exiit duas diuiſus in partes, ita quidem, ut

bini

bini ſemper menſes Partem offerant. Anno etiam 1767. Hafniae in locum Diarii *Büſchingiani* ſubſecutum eſt *Däniſches Journal*, cuius operis Volumen I. Partes quatuor continens a. 1769. exhibitum eſt. Plura vide in *den Götting. gel. Anzeigen* 1770. *Scid.* III. pag. 972. Caeterum legi utique merentur, quae de Danorum Diariis litterariis, recentioribus praecipue, dicuntur in GATTERERI *hiſtoriſchen Journal*, *Part.* XII. *pag.* 150-158. Iam inde ab anno 1781. *Odenſeae* prodierunt *Danmarkis litterariſke Progreſſer.* Indicari his in ſchedis Noua Daniae litteraria, me legiſſe memini, num autem adhuc procedat hoc inſtitutum, me ignorare fateor. Neque minus huc ſpectat H. EINERI *Sciagraphia hiſtoriae litterariae Iſlandicae actorum et ſcriptorum tum editorum tum ineditorum indicem exhibens.* *Hafn.* et *Lipſ.* 1778. *in 8.*

Ibid. lin. 15. Sueciae) *Vol.* I. continens annos 1720-1724. *Vol.* II. ab a. 1725-1729. a. 1730. prodiit.

Pag. 985. lin. 5. incepta) cum Volumine III. continente annos 1730-1734. idque Vpſaliae a. 1738. editum primum eſt, in quo Editores, priſtino inſtituto abiecto, meras commentationes, varii argumenti exhibuerunt. Volumen IV. eadem methodo ad annos 1735 1739. Vpſaliae 1742. ſucceſſit. Haec vero cum reliquis, quia ad hanc ſectionem non pertinent, §. XI. ſectionis ſequentis memorabo.

Ibid. lin. 12. obſeruaui.) Vt fidem iſti Catalogo habeam, adducunt me *die Hamburg. Berichte von gelehrt. Sachen*, a. 1739. pag. 33. ubi diſerte affirmatur, annos actorum litterariorum 1733. cum ſequentibus nondum editos, interiecta duorum menſium ſpatio certiſſime prodituros eſſe.

Ibid. lin. 22. ſcriba, nunc ab anno 1764. praefectus, *Holmiae* — *hiſtoriſka Biblioteket* i. e. Holmiae cet.

Pag. 986. lin. 3. etiam) continent. Interruptus eſt labor medio anno 1761. ab alio non pari felicitate

con-

continuatus. Tum autem cum anno 1763 ad pristinam telam rediit auctor. Vid. *die Goetting. gel. Anzeigen*, 1765. *Part.* LXXXIII. pag. 665.

Ibid. lin. 7. legatur *Schwänska Bibliotheket.*

Ibid. lin. 12. successit) quartum 1770. quintum a. 1761. Tum idem institutum persecutus est a. 1761. nouo hoc titulo: *Det nya Swenska Bibliotekat* in 8. mai. Volumen I. Partibus XII. absoluitur. Vid. *Goetting. gel. Anzeig.* 1765. *Part* 80. et 82. Conf. et a. 1769. *Part.* 148. p. 1335. et *Part.* 151. *pag.* 1363.

Ibid. lin. 15. requirendae.) quem Giörwellius almense Iulio anni 1761 aliorum curae reliquit. Vid. *Goetting. Anzeig. von gelehrt. Sachen*, a. 1762. *pag.* 671. De utroque hocce Diario legi etiam meretur illustris SCHLOETZERI *Pars.* V. *der neuesten Geschichte der Gelehrsamkeit in Schweden*, *artic.* 10. et 11.

Post SALVII obitum, cum quo eiusdem Noua litteraria Suecica anno 1773. finita sunt, laudatus iam GIOERWELLIVS incepit a. sequenti: *Nye lärda Tidninger* (noua litteraria), de quo instituto vid. *Goetting. gel. Anzeigen a.* 1774. *Part.* CII. *pag.* 875.

Pag. 987. lin. 3. plagula,) quarum mense Octobri inceptarum, quatuor sunt ac viginti, tum vero — — quatuor vel quinque plagularum cet.

Pag. 990. ad finem §. XXXVI. De nouo Diario: *Journal Polonos* inscripto, quod Varsouiae a. 1770. *in* 8. prodire coepit, vid. *die Hallischen gelehrt. Zeitungen*, a. 1770. p. 255.

Petropoli etiam ab a. 1772. *in* 8. edi coepit: *Russische Bibliothek, zur Kenntniß des gegenwärtigen Zustandes der Litteratur in Rußland*, cuius Volumina singula Partes 6 continent et cuius Diarii auctor H. L. C. (HARTW. LVD. CHRISTIAN.) BACMEISTERVS. A. 1781. Voluminis Pars Sexta Rigae prodierat, et Volumen VII. integrum a. 1782 prodiit. Plausu dignissimum est hoc institutum, pro quo itemque alio opere,

Bey-

Beytraege zur Geschichte Peters des Grossen auctor ab Imperatrice Catharina II. 350. aureos in theca pulueris sternutatorii ex eodem confecta metallo recepit, teste BERNOVLLIO *Part.* IV. *Seiner Reisen*, *pag.* 40.

Nunc et *Bohemorum* in hoc instituto laudandi sunt conatus. Prodierunt enim *Pragae* a. 1774 in 8. viri clarissimi, Adaucti VOIGT *Acta litteraria Bohemiae* et *Morauiae.* Singula Volumina Partes constituunt sex, iamque a. 1776 absolutum est alterum. Recenset praecipue antiquiora ciuium suorum Opera, manu etiam scripta; neque tamen recentissimos libros plane negligit, simulque vitas aliquot eruditorum Bohemiae subiungit. Conf. GATTERERI histor. Iournal, *Part.* VI. *pag.* 281 - 285.

Pag. 992. lin. penult. Commentarios.) Antecesserunt a. 1717. Halenses Nouae Bibliothecae conditores, de quorum *Nachlese* oder *Auszüge aller Journale* supra §. XVI *pag.* 351. dictum est.

Pag. 993. lin. 13. excusam.) Et haec omnino fuit ultima.

Ibid. lin. 16. commendandus est.) Quae displicere possunt Lectori, ea indicauit celeb. OELRICHIVS in *den Beytraegen zur Geschichte und Litteratur*, *Berol.* a. 1760. in 8. pag. 193. qui et sequenti pagina obseruat, auctores instituti dici *Klettium*, Doctorem et Professorem, aliumque post eius obitum, qui nomen suum litteris A. S. P. occultauit.

Ibid. lin. 29. *Sexta* ac *decima*, eademque ultima prodiit a. 1757. Architectus Laitenbergerus, Sacerdos Martisburgensis, perhibetur, qui tamen partibus suis mediocriter est functus. Vid. OELRICHS *loc. cit.* p. 195.

De BENIAM. GODOFR. REYHERI instituto, quippe qui parare voluit, neque tamen, ni fallor, perfecit, *vollständige und nach dem itzigen Geschmack eingerichtete Nachrichten und Auszüge, von den sämtlichen Mo-*

Monatſchriften und Wochenblättern der Deutſchen vor und von 1700. *bis* 1750. caet. itemque *Beyträge dazu von den beſten und berühmteſten Journalen der Ausländer*, vid. plura in FABRICII *critiſchen Bibliothec. Vol.* IV. *Part.* IV. p. 367. ſeq. et apud *Oelrichium loc. cit.* p. 197. *ſeq.* Lectu digna eſt et utique Viri huius doctiſſimi tota obſeruatio ibidem obuia, quam inſcripſit, *critiſche Nachricht von denen im Druck vorhandenen Auszügen aus den Monatſchriften*, cet.

Poſtea a. 1760. Manhemii in 8. prodire coepit ex typographia Principis Electoris: *Iournal des Journaux, ou Précis des principaux Ouvrages periodiques de l' Europe par une Societé de Lettres.* Singulis menſibus duas Editores partes promittebant tunc temporis, ſed praeter Tomum I. plagulas 12. continentem, nil amplius ſucceſſiſſe audiui. Inſtitutum erat egregium, at nimia breuitas impedimento fuit, quo minus ipſis carere Diariis, ex quibus potiora ſuppeditanda erant, Lectores facile poſſent. Delectus quoque horum Diariorum deſiderari videbatur.

Ibid. lin. ult. finem) §. VIII. huius Sectionis. Conſilio, quo modo tale inſtitutum perfectius reddi queat longeque utilius, a laudato OELRICHSIO *loc. cit. pag.* 196 – 200. Suppeditata, plauſum omnino merentur, ſed optanda magis, quam ſperanda, eorundem exſequutio.

Pag. 996. lin. 32. dictum.) Progreſſum tunc eſt inſtitutum, annoque 1783. fuit publice Volumen 73. productum.

Pag. 997. lin. 6. Nouam operis editionem eo, quo conſcriptum eſt ſermone, anno 1761. ſingulari Programmate polliciti ſunt LANGGVTHIVS ac BOEHMERVS, itemque TITIVS et ZEIHERVS Medici ac Philoſophi Academiae Vitembergenſis clariſſimi.

Pag. 999. lin. 16. Nouum Compendium Transactionum Anglicarum dextre adornauit BADDAMVS,

Vir doctiſſimus, quod *Londini* a. 1738. prelo ſubiectum Voluminibus X. *in* 8. anno 174 . abſolutum, eſt hoc titulo: *Memoirs of the Royal Society, or a new Abridgement of the Philoſophical Tranſactions*, cet. vid. *die Leipz. gel. Zeitung*. a. 1739. p. 75. *ſeq* et a. 1741. p 9 2. Recuſum opus hoc eſſe *anno* 1745. docuit me *Catalogus* I. NEAVLME, librarii Berolinenſis, *anno* 1755. *in 8*. euulgatus, *pag*. 367. num. 2434. Succeſſit quoque MARTYRIS Abridgement of the *Philoſ. Tranſactions*, *From*. 1742. *to*. 1753. *Lond*. 1756. Volum. II. *in 4*.

Pag. 1001. lin. 14. caet.) Tomus ſeptimus Norimbergae a. 1783. divulgatus eſt. In omnibus cet.

Pag. 1002. lin. 1. *Abhandlungen*.) Pars X. anno 1761. prodiit. Caeterum cf. cet.

Pag. 1004. lin. 27. lege CHRISTIAN pro CHRISTOPH.

Pag. 1005. lin. 1. viceſimam) (WILLIVS, *Part*. II. *des Nürnbergiſchen Gelehrten Lexicons*, *pag*. 436. ſcribit usque ad primam et ſexageſimam) attribuendae cet.

Ibid. lin. 3. ſuscepit) Paul Laurent. Widmannus, Leuchtio quondam ab epiſtolis, teſte WILLIO *loc. cit*. Deleantur hinc verba lin. 2. ignotus mihi Ictus.

Pag. 1007. lin. 24. Editores,) BVDDEVS praecipue et THOMASIVS, et caeteri cet.

Pag. 1008. lin. 27. curam geſſit.) adhibito ſocio, GODOFR. LANGIO, poſtea Conſule Lipſienſi. Vid. IOECHERI *Lexic. Erudit*. Tom. II. p. 2248. *edit. nov*.

Ibid. lin. antepenult) Ab anno 1724. usque ad 1732. idem peregiſſe negotium IVSTVM GODOFR. RABENERVM, Philoſ. Magiſtrum, docet *Lexic. Erudit. Tom*. III. *pag*. 1857.

Pag.

Pag. 1009. lin. 10. rerum,) quae nouiſſime geſta fuerunt, cupidorum cet.

Pag. 1012. lin. 13. tribus Voluminibus) quartum Volumen in 12. iam a. 1760. promiſſum, neſcio an prodierit. Vid. interim *Acta erudit. latina*, a. 1760. pag. 142.

Ibid. lin. 21. a. 1750.) Anno 1766. *Pariſiis* octo et octuaginta Volumina huius Operis ſeptingentarum librarum Gallicarum pretio ſunt oblata. Apud nos cet.

Pag. 1013. lin. 13. *Sources.*) Vid. omnino FRERON *l' Année littéraire a.* 1755. *Tomo* V. p. 289. *ſeq.* Caeteros — — — Tomos VII. non vidi. Conf. *die Leipziger gel. Zeit.* a. 1757. p. 826. Commentarios cet.

Ibid. lin. 23. noua linea et ſegmentum paginae nouum eſt incipiendum a verbis: Ad imitationem cet

Pag. 1015. lin. 10. ſuſcepiſſe) (idque factum eſt cum Tomo IV. ab anno 1712.) — — celeberrimum, non pauca tamen inſerta cet.

Ibid. lin. 27. pertractantur) quorumque non exiguus numerus ipſi Müllero tribui debet, index cet.

Pag. 1017. lin. 12. FORMEY) Germanice nunc reddere coepit MÜMLERVS *phyſical. und mediciniſche Abhandlungen der königl. Acad. der Wiſſenſchaften zu Berlin.* Cuius verſionis volumina duo priora Gothae a. 1780. et 1781. in 8. mai. prodiere.

Pag. 1020. lin. 18. legas: Decem implent Volumina, quorum cet.

Pag. 1022. lin. 20. a Lingen,) (qui praecipuus auctor inſtituti fuit, docente SEELENIO *Athen. Lubecenſ. Part.* III *pag.* 94. *ſeq.* ubi et alia de eodem notatu digna,) — — — Partes ſex, iam non ſemper obuiae, quarum cet.

Pag. 1027. lin. 12. *Sectiones* XI.) quae ultima est, Indicibus instructa.

Pag. 1029. lin. 14. continuatio.) Post anno 1760. *Bremae* et *Amstelod.* in 8. successit *Bibliotheca Bremensis Nova historico-philologico-theologica*, itidem in Classes et Fasciculos dispofita, quam instruxere *Heinius*, *Casselius*, aliique. Volumen Sextum inceptum est anno 1766. directore NIKOL. BARKEY. Hac etiam ad finem perducta, condidit laudatus BARKEY *Bibliothecam Haganam historico-philogico-theologicam*, cuius ab anno 1768. usque ad annum 1774. editae sunt classes septem, quarum quaelibet constat tribus Fasciculis. Quibus absolutis, prodire coeperunt eius in locum *Musaeum Haganum* cuius tres Tomi prodierunt, et *Symbolae litterariae*.

Pag. 1030. lin. 8 1756.) Tom. XXV. a. 1759. Tom. XXVIII. a. 1761. Tom. XL. et XLI. *a. 1780.* innotuit. Curauit eosdem Ludov. du Puy. Anno 1766. integrum tunc triginta Tomorum Opus ducentarum decemque librarum Gallicarum pretio venale fuit. Qualibet Tomorum Decuria perfecta semper Tomus sequitur, continens Indices, ut iam obseruaui.

Pag. 1031. lin. 31. peracta.) Accesserunt a. 1753. et 1754. Partes duae continentes *die ausführlichen Schriften der Koenigl. Acad. der Aufschriften und schönen Wissenschaften.* De recentiori, eoque laudabili conatu, illustris *Heynii* auspiciis nuper coepto, vid. MEVSELII *Bibliothek. histor. Tom* I. p. 326. Noua quippe interpretatio Germanica editur, scriptis Academicorum Parisiensium certas in classes redactis. Volumen I. Antiquitates continens Graecas *Lipsiae* a. 1781. *in 8. mai.* prodiit. Vtilissimas lectoribus passim notas adiecit Heynius. Aliud Volumen eiusdem Operis successit anno sequenti, quod destinatum est historiae veteri et Chronologiae Asiaticae, quod

quod *Hissmanni* obseruationibus est instructum De continuatione autem huius instituti nihil adhuc mihi innotuit. *Belgice* etiam Volumen hoc primum editum est *Amstelodami* 1783. *in* 8

Pag. 1036. lin. ult. p. 223. sequ.) Eorum interim locoGermanica lingua deditAuctor *Ergoezlichkeiten aus der Kirchenhistorie und Litteratur*, cuius Operis Volumen I. Partes quatuor cum Indice continens, *Vlmae* anno 1762. in 8. absolutum est, cui Volumen III. idque ultimum, a. 1764. successit.

Pag. 1041. lin. 5. exiit,) continuato deinceps labore usque ad Tomum XV. — — Vid. *die Goetting.* — — p. 1259. Nunc in auctoris, a. 1766. mortui locum successit Pater Camaldulensis, FORTVNATVS MANDELLI, a quo anno 1770. Tomus XX. fuit exhibitus, eumque excepit a. 1772 Tomus XXI. ita tamen comparatus, ut multa exinde proficua esse possint iis, qui nucleum, non corticem amant. A. 1774. in Germania innotuere. Tomus XXXIV. a. 1778. excusus fuit.

Ibid. lin. 30. p. 855.) Conf. RATHLEFII *Geschichte iezt lebender Gelehrten*, *Part.* V *p.* 268. in fine.

Pag. 1042. lin. 5. a. 1759.) Tomus. V. a. 1760. Tomus VI. 61. secutus est, annoque 1784 accepimus horum Actorum continuationem usque ad annum 1780.

Pag. 1043. lin. 6. memorabilium.) Accessere postea Indices uniuersales — — — exercitatus, IOH. G. BERNHOLDVS parauit. Hi ex binis constant Partibus, posteriore *Norimbergae* a. 1765. *in 4.* absoluto.

Pag. 1045. lin. 6. *doctorum.*) Incipit labor a men, se Iulio, tresque Tomi cet.

Pag. 1046. lin. 6. pro postremo legas septimo.

Ibid. lin. 23. absolutum) est cum Tomo duodecimo. Non obseruauit cet.

Pag. 1047. lin. 11. p. 293.) Anno 1781. NATHAN. GODOFR. LESKIVS *Brandenburgi in 8. mai.* edidit *Abhandlungen zur Naturgeschichte, Chemie, Anatomie, Medicin und Physik aus den Schriften des Instituts zu Bologna.* Alterum Volumen anno sequenti est additum.

Pag. 1050. lin. 23. Editor:) qui tandem a. 1765. subsecutus est volumine singulari. Statim cet.

Ibid. lin. 22. exhibita est,) procedente instituto usque ad Volumen XIII. Tum inde ab anno 1774 continuauit idem venerandus iam Isenacensium Antistes, CHRIST. GVILIELM. SCHNEIDERVS, hoc titulo: *Acta historico-ecclesiastica nostri temporis, oder gesammlete Nachrichten und Vrkunden zu der Kirchengeschichte unserer Zeit.* Anno praeterlapso iam prodiit utilissimi huius operis Volumen X. cum parte 75. incipiens Vid. MEVSELII *histor. Litteratur,* anni 1781. Part. VII. pag. 40. sequ.

Pag. 1059. lin. 3. decoratum) A. 1782. accepimus volumen octauum et tricesimum.

Ibid. ad fin. §. XI.) Regia etiam societas scientiarum Vpsaliensis industriae suae specimina satis probanda dediti. De ortu et instituto eius infra est dictum Tom. III. cap. X. §. 20. pag. 2061. quumque ibidem conatus eius eruditi parum adcurate memorati sint, hic loci a me olim scripta partim emendabo, partim supplebo. Scilicet post Volumen IV. Actorum litterariorum Sueciae, quod, una cum priore, titulo aliquantulum immutato, *Acta litteraria et scientiarum Sueciae* inscriptum fuit (vid. supra ad pag. 985 dicta) maiori forma in 4. *Stockholmiae* prodierunt singulorum annorum, vnico 1740 excepto, *Acta Societatis Regiae scientiarum Vpsaliensis.* Ad annum 1741. diuulgatum est Volumen a. 1746 a 1748. ad A. 1743 a. 1749. ab a. 1744-1750. anno sequenti 1751. Ex eo tempore defecerunt vsque ad a. 1773.

que

quo Noua Acta Societatis Vpfalienfis in 4. mai. ad. paruerunt. Volumen II. ibid a. 1775. lucem adfpexit. Sociorum tum fuere viginti indigenae et 17. extraneorum. Vid. GATTERERI *hiftor. Iournal, Part.* XII. *pag.* 97.

Pag. 1062. lin. 15. Rabeneri,) Schlegelii, Giefekii cet.

Ibid. lin. 19. leg. CAROLO GVIL. GAERTNERO. — — — Acceffit cura IOH. MATTH. DREYERI, prioribus longe inferior. Praecipua funt, quae Gleimius, Lamprechtus et ipfe Dreyerus dederunt, Cf. *Ienaifche* cet.

Pag. 1074. lin. 10. Quintum Volumen iam pridem exfpectatum, interruptum eft bibliopolae Luzaci iunioris litibus, qua de re vid. *die Leipz. gel. Zeitungen*, a. 1762. p. 493 Commentationum per annum 1781. Volumen IV. anno fequenti *in 4.* Goettingae prodiit.

Ibid. lin. 19. Auctores) quorum praecipui fuere CHRIST. FRIDERIC. HELWING, Conful Lemgovienfis, MOESERVS et GOTTHILF AVGVST. HOFMANNVS, Profeffor Archigymnafii Tremonienfis, de inftituto cet.

Ibid. lin. 29. hafce) quarum fingulae Partes ex duabus Sectionibus conftant. Prior quippe moralia exhibet, interfperfis paffim fatyricis: in altera variae librorum recenfiones criticae deprehenduntur. Ad annum cet.

Pag. 1078. lin. ult. poffunt.) Anno 1765. abfolutum eft volumen feptimum.

Pag. 1079. lin. 20. prorogationem.) Directore et multa ex parte auctore, BALTH. HAVCIO, Gymnafii Stuttgard. Profeffore, a. 1774. *in 8. ibidem* exierunt *gelehrte Ergötzlichkeiten und Nachrichten.* Anno fequenti titulus fic mutatus eft: *Schwäbifches Magazin von gelehrten Sachen.* Sic opera haec fuit continuata ufque

 ad

ad a. 1780. quo Volumen XIV. excusum est. Quodlibet complectitur Partes VI. et quovis anno duo exhibita sunt Volumina. Multa ibi iuridica et biographica de Ictis Würtembergicis adcuratius, ut alibi solent, memorata sunt. Plura ego quidem ignoro.

Huc et pertinent, quae nuper edi coepta sunt Ephemerides Bavaricae, quarum hic est titulus: *Annalen der Bayerischen Litteratur, vom Iahr* 1781. Volum. I. et II. *Normb.* a. 1781. 1782. in 8. mai. Vid. *die Götting. gel. Anzeigen vom Jahr* 1782. *pag.* 1187. *Part.* 146. Volumen III. ibidem 1784. secutum est. Inserta eidem est Vita *Wiguleii* ab *Hund.* Laudari meretur institutum, a quo non pauca utilia redundabunt in rem publicam litterariam.

His addenda sunt sequentia scripta periodica, quae cum ad varias scientias spectent, in singulas classes reductas coronidis loco huic tractationi brevibus subiiciam. Ad Theologiam, Philologiam et Historiam ecclesiasticam pariter ac civilem spectant: *Brem- und Verdische Bibliothek zur Aufnahme der Wissenschaften, insonderheit der theologischen, philologischen und historischen*, cuius quinque Volumina commentationum a *Sam. Seelandtio*, *Chrysandro*, *Groscurd*, aliisque compositarum collectionem exhibuit IOH. HENRIC. PRATIE, qui et ipse suas adiecit, quae Volumina prodierunt *Hamburgi* ab anno 1754. usque ad a. 1760. quo Volumen quintum prodiit, quod huic collectioni finem imponit. Anno 1744. CONRADVS IKENIVS Bremae sub titulo, *Symbolae litterariae ad incrementum scientiarum omne genus a variis amice collatae*, edidit, quae Collectio *Tomis III.* constat, quarum singulae *Partes IV.* comprehendunt. His subiungas velim HENRICI AVGVSTI ZEIBICHII *vermischte Betrachtungen aus der Theologie und Philologie*, cuius Operis Tomi tres prodierunt per singulas Partes. Lipsiae et Schleizae 1772. sequ. in 8.

Halae

Halae prodiit *Brittifches theologifches Magazin*, cuius Volumina quatuor, quorum quodvis in Partes IV. divifum eft, a. 1769-1774. lucem in 8. mai. adfpexerunt publicam, in quo potiores Anglorum Philologorum commentationes minores ad interpretationem facri Codicis et alia fpectantes in linguam vernaculam tranflatae exhibentur. Opere hoc finito, continuatio eius fub titulo: *die Brittifche Bibliothek* duobus Tomis *Halae* 1774. 1775. eadem forma prodiit, quam fubfecutus eft liber, *der Brittifche Theolog*, Halae 1780. 1781. qui Partes quatuor exhibet. Neque omittendum eft *Repertorium für biblifche und morgenländifche Litteratur*, cuius collectionem celeb. EICHHORNIVS fufcepit, in quo felectiffimae Commentationes virorum doctiffimorum, DOEDERLINI, BRVNSII, HVFNAGELII, KOEHLERI, aliorumque, quorum argumentum ex omni Philologiae et orientalis litteraturae genere depromtum eft, exhibentur. Prodierunt Lipfiae ab a. 1777. ufque ad a. 1785.) *in* 8. *mai.* partes *quindecim* egregii huius Operis, cuius continuationem non interrumpendam exoptant mecum cordatiores Critici. Ad Theologiam generatim fpectant; ut alia hic omittam: *Hallifche Sammlungen zur Beförderung theologifcher Gelehrfamkeit*, quas edidit IOH. SALOM. SEMLERVS, Halae 1767-1770. in 8. cuius Operis prodierunt Volumen I. 1767. et Voluminis II. Pars I. et II. IOH. ANDR. CRAMERI *Beyträge zur Beförderung theologifcher und anderer wichtiger Kentniffe Kiloni* et *Hamburgi* 1777-1783. *in* 8. quod Opus continuatum eft poftea fub titulo: *Einige Nebenarbeiten zur theologifchen Litteratur und Religion*, cuius continuationis Pars I. prodiit *Deffauiae* et *Lipfiae* 1782. 8. Neque defuerunt, qui fymbolas ad illuftrandam notitiam veterum librorum pariter ac monumentorum ineditorum Hiftoriae ecclefiafticae conferrent, quo fpectant: IOH. BARTHOL. RIEDERERI

Nachrichten zur Kirchen-Bücher- und gelehrten Geschichte, cuius operis *Partes* XVI. Voluminibus quatuor editae sunt *Altorfi* a. 1764-1769 *in* 8. quibus successerunt eiusdem *Nüzliche und angenehme Abhandlungen aus der Kirchen-Bücher- und gelehrten Geschichte*, quae prodierunt Partibus IV. *Altorfi* 1768. 1769. 8. *Litterarisches Museum*, cuius Volumina duo, quorum singula quatuor Partes exhibent, prodierunt *Altorfi* 1778. in 8. I. C. BERTRAMI *litterairische Abhandlungen*, cuius scripti periodici, quantum ego quidem scio, *quatuor Partes Halae* 1781. 8. *mai.* editae sunt. IOH. GEORG. SCHELHORNII *Ergözlichkeiten aus der Kirchenhistorie und Litteratur*, quod opus constat tribus Tomis, quorum quilibet quatuor Partes comprehendit, et prodiit *Ulmae* et *Lipsiae* a. 1762 — 1764. CHRISTIAN. WILHELM. SCHNEIDERI *Bibliothek der Kirchengeschichte*, cuius Tomus I. et II. *Vinariae* a. 1781. in 8. mai. in lucem prolatus est. GEORG. THEODOR. STROBELII *Miscellaneen litterarischen Inhalts, gröstentheils aus ungedrukten Quellen herausgegeben.* Partes sunt VI. quas Auctor in hoc argumento versatissimus *Norimb.* a. 1778-1782. in lucem publicam produxit. Continuatur adhuc opus hoc licet mutato titulo, cum prodierit iam anno 1784. *Norimbergae* et *Altorfi* eiusdem Auctoris *Beyträge zur Litteratur, besonders des* XVI. *Jahrhunderts*, quorum *Pars prima* dicto tempore prodiit. His subiungenda est merito Nova *Bibliotheca et critica*, cuius Volumina quaedam ab a. 1782. *Göttingae* prodierunt Ad historiam Religionum recentissimam accuratius pernoscendam spectant: *Neueste Religions-Geschichte*, cuius Operis usque ad hoc tempus Partes novem sub auspiciis b CHRISTIAN. GVIL. FRANC. WALCHII prodierunt *Lemgoviae*, a. 1771-1783. *in* 8. *mai.* Anonymi scriptum periodicum, cuius singulis annis Tomus adhuc editur, inscriptum: *Die neuesten Religionsbegebenheiten mit unparthey-*

partheyischen Anmerkungen, coeptum a. 1778. 8. quibus addatur HERMANN. GOLDHAGEN *Religionsiournal*, cuius quinque Tomi adhuc, additamentis suis instructi prodierunt Moguntiae a. 1776. usque ad 1780. in 8. Neque hic omittenda sunt Opera ad religionis et statuum Pontificiorum publicorum notitiam spectantia, quem scopum sibi praefixit IOH. FRIDER. LE BRET in suo *Magazin zum Gebrauch des Staats- und Kirchenrechts, besonders des Staatsrechts catholischer Regenten in Ansehung ihrer Geistlichen*, cuius Operis Tomi IX. Vlmae ab a. 1771 - 1784. in 8. mai. prodierunt, et *Magazin für Kirchenrecht und Kirchengeschichte. Lipsiae* a. 1778. in 8. Neque omittenda hic sunt scripta periodica, quae ad Theologiam homileticam et pastoralem pertinent, ex quorum numero prae caeteris memorari merentur: *Journal für Prediger*, cuius adhuc *Tomi* XV. quorum quilibet quatuor Partibus constat, Halae ab a. 1770 - 1784. in 8. mai. prodierunt, et Anonymi *Landprediger*, cuius quinque Tomi *Nördlingae* ab a. 1774 - 1779. in 8. editi sunt.

Praeter supra iam memorata scripta, quae ad historiam Iuris litterariam spectant, ad scripta iuridica periodica pertinent: *Juristische Nachrichten*, cuius Operis Partes XVI. editae sunt *Francof.* et *Lips.* a. 1739 - 1749. 8. IOH. CAROL. HENR. DREYERI *Sammlung vermischter Abhandlungen*, P. I - III. 1754 - 1763. in 8. IOH. VLRIC. CRAMERI *Wetzlarische Beyträge*, P. I. et II. eiusdem *Wetzlarische Nebenstunden*, cuius operis egregii Partes CXXVIII. quantum quidem scio, prodierunt Vlmae a. 1755. et sequ. in 8. AVG. FRID. SCHOTTII *iuristisches Wochenblatt*, cuius Partes quatuor Lipsiae ab a. 1772 - 1775. in 8. editae sunt. Celeb. IOH. CHRISTIAN. SIEBENKEES *Iuristisches Magazin*, cuius Partes II. prodiere Ienae a. 1782. 1783. qui labor eruditus continuatur ab eodem

in

in *Neuen iuristischen Magazin*, cuius *Pars* I. *Onoldi* a. 1784. *in 8*. in lucem publicam edita est. C. A. GÜNTHERI et C. F. OTTONIS *Leipziger Magazin für Rechtsgelehrte*, cuius adhuc Partes sex priores a. 1784. editae sunt. Huc quoque conferatur I. C. CONR. SCHROETERI *Juristischer Allmanach auf das Jahr* 1782. 8. *Gissae* editus, in quo etiam pag. 38-56. varia litteraria, ad scientiam Iuris quae pertinent, occurrunt. His adiungantur, quae supra iam adduximus Diaria litteraria iuridica.

Diaria medica quod attinet, praeter BALDINGERI Illustris *medicinisches Journal*, quod scriptum periodicum supra iam laudavi, observatu digna sunt scripta sequentia: LAVRENTII CRELLII *Chymisches Journal für die Freunde der Naturlehre*, *Arzeneygelahrheit*, *Haushaltungskunst und Manufacturen*, cuius operis *Partes sex* prodierunt Lemgoviae a. 1778. usque ad a. 1781. *in 8*. Finito eodem Opere idem Vir doctus edidit *die neuesten Entdeckungen in der Chemie*, quae *Partibus* XII. constant editis ab. a. 1781 - 1784. Secutum est postea eiusdem *Chemisches Archiv*, *Partibus duabus* constans, Lipsiae 1783. et tandem prodierunt novissimo tempore a. 1784 eiusdem *Chymische Annalen für die Freunde der Naturlehre* cet. cuius Operis huc usque Partes X. editae sunt. a. 1784. *in 8*. CONRAD. FRIDER. VDENII *Magazin für die gerichtliche Arzeneykunde und medicinische Policey*, cuius prodierunt adhuc *Tomi duo*, quorum quilibet Partes IV comprehendit, Tomus I. prodiit Stendaliae a. 1782. *in* 8 et Pars I Tomi II. 1784. Nec hic silentio praetermitti debet Illustris CHRISTIANI GODOFREDI GRVNERI *Almanach für Aerzte und Nichtaerzte*, quod scriptum quolibet anno continuatur, et cuius iam anno 1782 — 1785. Ienae in 8 quatuor Partes editae sunt.

Ex immenso periodicorum scriptorum, quae ad Historiam naturalem, Physicam et Oeconomiam spectant sequentia imprimis memoratu digniora prae ceteris

teris videntur: *Stralsundisches Magazin oder Sammlungen auserlesener Neuigkeiten zur Aufnahme der Naturlehre, Arzneywissenschaft und Haushaltungskunst*, quod *Berolini*, *Setini* et *Stralsundiae* prodiit, cuius *Tomus* I. quem vidi; sex Partes comprehendit. Prodierunt auspiciis b. D. FRIDER. HENRIC. GVILIELM. MARTINI *Berolini* ab a. 1770 - 1773. in 8. mai. *Mannichfaltigkeiten*, quod opus variis figuris aeneis ornatum est. Continuatum est hoc scriptum periodicum postea sub titulo, *Neue Mannichfaltigkeiten*, *eine gemeinnützige Wochenschrift. Mit Kupfern, nebst den Bildnissen der Verfasser*. Collectio haec iterum absoluta est *Partibus* IV. Berolini a. 1774 - 1777. quo anno desiit, et loco eius successerunt *Neueste Mannichfaltigkeiten*, *mit Kupfern*, *Berolini* ab a. 1778 - 1781. 8. *mai.* Eiusd. auspiciis prodierunt *Berlinis. Samml. zur Beförder. der Arzeneywissensch.*, *Naturgeschichte und Haushaltungskunst. Berolini*, 1768. *seq.* cuius operis X. Tomi fuerunt editi. Quo spectat etiam *Berlinisch. Magazin*, quod ab a. 1765. in 8. prodiit et quatuor partibus absolutum est. His addenda sunt sequentia: *Neue Nordische Beyträge zur physicalischen und geographischen Völkerbeschreibung*, *Naturgeschichte und Oeconomie*. Pars III. huius Collectionis edita est *Petropoli* et *Lipsiae* a. 1782. *Berliner Beyträge zur Landwirthschaft*. Volumina priora *sex* iam prodierunt Berolini usque ad a. 1783. in 8. Auspiciis b. IOH. ERN. IMMAN. WALCHII coeptum est opus egregium, quod inscribitur *der Naturforscher*, cuius *Pars I.* prodiit *Halae Magdeburg*. a. 1774. in qua collectione egregiae commentationes WALCHII, GOETZII, SCHROETERI, aliorumque virorum rei naturalis peritissimorum de rebus huius argumenti occurrunt. Continuatur adhuc, et novissime a. 1784. prodiit Pars eius XX. Neque omittendum est Opus, quod Vir de historia naturali omnis generis meritissimus, IOH. SAMVEL SCHROETERVS Vinariae prodire fecit,

in-

inscriptum: *Journal für die Liebhaber des Steinreichs und der Konchyliogie.* Constat in universum *sex Tomis*, quorum quilibet quatuor Partes complectitur, a. 1772. inchoatum et a. 1780. finitum. Interim continuationem eiusdem in novo Opere idem exhibuit, quod inscribitur: *Für die Litteratur und Kentniß der Naturgeschichte, sonderlich der Konchylien und der Steine.* Constat duobus Tomis a. 1782. *in* 8. editis. Nuperrime autem in fine anni 1783. prodiit tertium Opus eiusdem Viri laudati, cui titulus est: *Neue Litteratur und Beyträge zur Kentniß der Naturgeschichte, vorzüglich der Conchylien und der Steine*, cuius Pars I. in lucem iam edita est. Laude dignum quoque est institutum, quod susceperunt viri doctissimi *Hindenburgius* et *Leskius*, qui ab a. 1782. in 8. ediderunt *das Leipziger Magazin zur Naturkunde, Mathematik und Oeconomie*, cuius collectionis Pars IV. Lipsiae a. 1783. prodiit.

Ad Historiam statuum Imperii Romano-germanici et exterorum imprimis pertinent: ANTONII FRIDER. BVESCHINGII *Magazin für die neue Historie und Geographie*, cum fig. aeri incisis. Partes VI. priores egregii huius Operis prodierunt Hamburgi a. 1767 - 1772. in 4. caeterae Halae Sax. et usque ad nostra tempora editae sunt eius *Partes* XVIII. eadem forma. AVGVSTI LVDOV. SCHLOEZERI *Briefwechsel, meist statistischen Jnhalts.* *Goettingae* a. 1775. in 8. mai. Hoc scriptum excepit aliud novum Commercium epistolicum, quod inscribitur: *Neuer statistischer Briefwechsel*, seu, uti nonnullae Partes eius inscribuntur, *Briefwechsel historischen und politischen Jnhalts*, cuius Operis LX. Partes germanice *Hefte* dictae apparuerunt cum Indice generali, quo anno 1782. finitum est hoc Opus. Eodem anno idem Vir Celeberrimus edere coepit aliud Diarium politicum sub titulo: *Notitiae politicae*, sive *Staats-Anzeigen*, cuius iam fasci-

fasciculi XXV. ad hunc usque diem sunt in lucem publicam editi. His addantur: *Kielisches Magazin für die Geschichte, Staatsklugheit und Staatenkunde*, cuius editio coepta est a Celeb. VALENT. AVGVST. HEINZIO, Professore Kiloniensi. Editi sunt huc usque *Tomus* I. et II. *Partes duae.* Tomi primi Pars I. edita est Hamburgi a. 1783. in 8. mai, et adhuc continuatur Opus hoc periodicum non sine plausu publico. *Litteratur- und Völkerkunde. Pars* I. prodiit *Dessav.* et *Lips.* a. 1783. Singulis mensibus Pars huins scripti prodit in 8. mai. et adhuc continuatur. Ad nova publica spectat *Politisches Journal nebst einer Anzeige von gelehrten und andern Sachen*, cuius Operis periodici iam quatuor Volumina quorum quodvis duodecim fasciculos comprehendit, ab anno 1781 - 1784. *Hamburgi in* 8. prodierunt auspiciis Gottl. Bened. a Schirach. SCHHMIDII dicti PHISELDECK *historische Miscellaneen*, cuius Pars prima prodiit *Halae* a. 1783. in 8. *Magazin für deutsche Geschichte und Statistik Deutschlands, Geschichtforschern gewidmet. Pars* I. *Lips.* 1784. *in* 8. *mai. Chronologen.* Opus hoc titulo inscriptum a WEKHRLINO edi coeptum est *Norimbergae* a. 1778. et sub finem anni 1783. absolutum est. Constat duodecim Tomis *in* 8. quorum quisque in tres Partes divisus est. Ad continuationem huius operis idem Auctor memoratus aliud scriptum historici maxime argumenti periodicum in lucem publicam prodire curavit anno 1784. cui titulus praefixus est: *das graue Ungeheuer.* Divisum est hoc ipsum in IV. partes annuas, quarum quaelibet III. sectiones secundum mensium numerum complectitur. *Materialien zur geist- und weltlichen Statistik des Niederrheinischen und Westphälischen Kreises. Partes duae* adhuc in 8. Erlangae ab a. 1781. prodierunt, et, quantum novi, adhuc continuantur. Accepimus quoque a Celeb. IOH. GEORG. MEVSELIO *Miscellaneen artistischen Inhalts,*

quae

quae ab a. 1779. usque ad a. 1784. prodierunt, et adhuc XXII. fasciculos explent.

Rem musicam concernit *Magazin der Musik*, adornatum opera et studio CAROLI FRIDER. CRAMERI, cuius Pars I. prodiit Hamb. 1783. in. 8. quam adhuc aliquot Partes exceperunt. Quo etiam spectat eiusdem CRAMERI *Polyhymnia* coepta ibidem 1783. in fol.

Argumentum de re paedagogica tractat clariss. Roos in opere inscripto, *Archiv für die ausübende Erziehungskunst in* 8. cuius operis periodici initium coeptum est nundinis paschalibus anni 1777. et ad hunc usque diem *XII. Partes* prodiere. Cui operi successit postea opus aliud, cui titulus praefixus legitur: *Bibliothek für Paedagogen und Erzieher*, cuius *Tomus* I. a. 1783 II 1784. in publicam prodiit lucem. Prioris operis *Pars* XII. et posterioris Tomus II. unum eundemque librum constituunt.

His periodicis scriptis ad varias disciplinas spectantibus addantur sequentia, quae mixti sunt argumenti. Primum in eorum numero locum meretur omnino Ill. CHR. MARTINI WIELANDI *Teutscher Mercur.* Diarium, in quo misceri solet utile dulci. Occurrunt in eodem poemata minora, observationes ad Historiam et Antiquitates spectantes, historiae facetae, fabulae Romanenses, et recensiones librorum praecipuorum cuiuscunque fere disciplinae. Prodiit hoc opus iam ab a. 1773. *Vinariae* in 8. et singulis mensibus Particula sex plagularum editur. Continuatur ad hunc usque diem non sine plausu Germaniae elegantioris. Huic subiungas; *Göttingisches Magazin der Wissenschaften und Litteratur*, cuius editores in titulo statim nominantur LICHTENBERGIVS et FORSTERVS, *Goettingae* prodiit a. 1780. volumen I. ita quidem, ut annuum quodvis Volumen VI. Partibus absolvatur, quorum Voluminum nunc prae-

ce-

cedente anno 1784. quintum prodiit in lucem publicam. *Deutſches Muſeum* coeptum Lipſiae a. 1776. et quovis anno adhuc continuatio eiuſdem prodit: *Olla potrida* coepta a. 1778. *Neue Miſcellaneen hiſtoriſchen, moraliſchen und ſonſt verſchiedenen Inhalts*, cuius ſcripti periodici iam a. 1784. Lipſiae Pars decima et nona edita eſt Prodierunt quoque auctore ISELINO, Senatui Baſileenſi a ſecretioribus conſiliis ſic dictae *Ephemeriden der Menſchheit*, quae initia ceperunt anno 1776. et uſque ad a 1778. ab eodem Auctore continuatae ſunt. Poſtea cum anno 1779. ob mortem primi Auctoris hoc opus non continuaretur, alius vir doctus continuationem in ſe ſuſcepit, quae ab anno 1780. uſque ad hunc annum non interrupto ordine proceſſit Prioris operis *Baſileae* aeque ac poſterioris *Lipſiae* editi per integrum annum XII. Partes prodire ſolent. Neque hic ſilentio praetermittenda ſunt die *Rheiniſchen Beyträge zur Gelehrſamkeit*, quae ab a. 1776. 1777. prodierunt, quibus a. 1778. ſucceſſerunt *die Oberrheiniſchen Mannichfaltigkeiten*, quae quovis anno *Baſileae* prodeunt. Primus annus poſteriorum editus eſt a. 1781. in 8. *Berliner Monatsſchrift*, auctoribus GEDIKIO et BIESTERO. Coeptum eſt hoc opus lectu iucundum a. 1783. et uſque ad haec noſtra tempora continuatur adhuc. *Bibliothek für Denker und Männer von Geſchmack*, liber periodicus opera et ſtudio P. A. WINKOPPII. Prodierunt iam eius Volumina duo, quorum quodlibet ſex partes comprehendit et Partes duae tertii Gerae ab a. 1783-1785. Quibus denique addas *die Litteratur- und Theaterzeitung*, coeptum ſcriptum ab anno 1778. et continuatur ad noſtra tempora uſque.

De notitia litteraturae exterae in Germania promovenda optime promeriti ſunt CHRIST. IOSEPH.

IAGEMANNVS in *Magazin der Italiänischen Litteratur und Künste*, quod quinque Partibus constat a. 1780. 1781. *in 8.* divulgatis; BERTVCHIVS in *Magazin der Spanischen und Portugiesischen Litteratur*, cuius exstant Partes tres anno 1780. in 8. editae; quo etiam referas ESCHENBVRGII *Brittisches Museum für die Deutschen.*

Pag. 1083. lin. 20. editam) annoque 1765. itidem productam de cet.

Ibid. lin. 22. nugarum.) Vera sunt utique, quae de auctore, IOH. CHRISTOPH. LVDEWIGIO pronunciantur in der *Berlinischen allgemeinen deutschen Bibliothek*, *Volum.* II. Part. II. *pag.* 300. En! ipsa verba: *Mit was vor Sorgfalt der Herr V. alle mögliche, auch allerkleinste, seinen Helden betreffende Umstände auskramet, ist unbeschreiblich. Sogar Universitätsmatrikel, Hochzeit-Carmina, und solche Sächelgen rückt er in extenso ein. Kurz, es ist die allerelendeste Compilation, die man sich vorstellen kan. Und, es scheinet bey nahe, als ob der Herr* Schmersahl *selbst müsse alle zu dieser herrlichen Lebensgeschichte nöthige Nachrichten dem Verfasser an die Hand gegeben haben, weil sich sonst nicht begreifen läßt, warum ein unbekannter Pastor in Nordhausen sich um die sehr unbeträchtliche Lebensumstände eines andern unbekannten Pastors in Zelle so genau habe bekümmern wollen.*

Pag. 1087. lin. 14. instructi.) Absolvit Auctor a. 1760. Volumen tertium, quod mox, eodem autochiria infeliciter exstincto, sequebatur *Anhang von Zusätzen und Anmerkungen zu den drey Bänden der historischen Nachrichten.* Nunc deleantur verba: Iam haec — Pars tertia.

Pag. 1088. lin. 15. p. 84.) Id unice addendum, parare nunc IOH. CHRIST. ADELVNG *Fortsetzung und Ergänzung zu Jöchers gelehrten Lexico.* Pars prima litteras tantum alphabeti A et B continens exiit *Lipsiae* 1784. *in 4. mai.* Diffusus hic labor vel nunquam, vel

vel nimis tarde, perducetur ad finem, et maxime sumtuosus reddetur emtoribus. Conf. *Götting. gel. Anzeigen*, a. 1784. p. 113. OELRICHIVS in *den Beyträgen zur Geschichte und Litteratur*, *pag.* 285 *seq.* obseruationem edidit sic inscriptam: ***Sonderbare Vollständigkeit des sehr unvollständigen allgemeinen Ioecherischen Gelehrten Lexicons.***

Ibid. in fine §. II. Factum id est feliciter. Pars enim *tertia* ab a. 401. usque ad annum 1004, *quarta* denique cum anno 1101. incipit et anno 1498. finitur. Paulo post, votis potissimum librarii satisfacturus, scholarum usibus parauit epitomen maiori ex opere, quae quidem ob varias additiones nouas emendationesque separari ab eodem vix potest. Prodiit ibidem anno 1766. eadem forma Tom. 2. vid. iudicium de eodem in *den Leipz. gel. Zeitungen* a. 1767. p. 115. Quod *Vltraiecti* a. 1759. *in* 8. *mai.* prodiit ab Auctore anonymo, qui est CHRISTOPH. SAXIVS, *Onomasticon litterarium*, siue nomenclator praestantissimorum omnis aeui scriptorum, praecipue Graecorum et Latinorum veri similibus, quantum fieri potuit, annorum notis accommodatus, ille quidem liber iis erit iucundus, qui sine mora cognoscere voluerint cuiuslibet scriptoris aetatem, et scripta praecipua: Partes sunt quatuor, quarum ultima a. 1782. excusa ad annum usque 1652. procedit. Restant adhuc duae forsitan aliae. Singulis addita sunt analecta et copiosae emendationes. Prior anno 1778 iterum edita Saxii nomen praefert. Vltima editio eius prodiit quoad Partem I. *Lugd. Batav.* 1775. quoad Partem II. vero ibidem seq. anno. Conf. *Götting. gel. Anzeig.* a. 1775. *pag.* 812. item a. 1778 p. 26. et 1780. p. 123. 1004. Fundamenti quodammodo loco isthoc Onomasticon sibi constituit celeb. IFREM. NICOL. EYRINGIVS in *componenda Synopsi historiae litterariae, qua orientis, Graeca, Romana, item aliorum*

linguarum scriptis cultarum, litteratura tabulis synopticis exhibetur. Pars prima cum anno aerae Christianae millesimo ac trecentesimo finita *Göttingae* a. 1783. 4to excusa est. Pars autem altera saeculum XIV. et XV. complectitur et *Göttingae* a. 1784. successit. Auctor doctissimus non pauca a SAXIO praetermissa inseruit, nec non alia praestitit, quae in den *Göttingischen Anzeigen* a. 1783. *Part.* 105. p. 1050. memorantur. Habebit ergo posthac iuventus litterarum studiosa adminiculum, quo non sine insigni fructu uti possit.

Ibid. lin. 30. Primus eorum) ni fallor, est cet.

Pag. 1101. lin. 7. Tomorum XLII.) Addi debet Tomus tertius ac quadragesimus, qui a. 1745. exiit. Plures ex Auctoris scriniis promissi frustra nunc sperabuntur, quum hodie non admodum benigna de conatu eius ferri iudicia soleant. Tomo X. ac XX. subiectus est quoque Index generalis. Vita Auctoris memoratur in Tomo XL. pag. 379.

Ibid. lin 33.) In DESMOLETS *Continuation des Mémoires de Littérature et d' Histoire*, *Tom.* III. *Part.* II p. 425. ita de Tomo priore scriptum: *l' Editeur n' a fait presque, que transcrire les Iournaux François, ou traduire quelque chose de ceux de Leipsick, et des autres Païs étrangers. On se plaint de ce, qu' il n' a gardé aucun ordre dans son ouvrage, ni celui des matieres, ni celui de tems, ni celui des nations, ni même l' alphabetique, le plus commode pour l' Auteur, et pour les Lecteurs. Les tables, qu' il a mises à la fin de l' ouvrage ne remedient pas suffisamment à ce défaut. On fait esperer, que les tomes suivans seront remplis d' articles plus curieux et plus recherchez.* Critico cet.

Pag. 1102. lin. ult. haereticorum.) Sed longe aliter PAPILLONIVS in litteris a. 1735. exaratis apud d' ARTIGNY l. c. *Tomo* V. p. 394. *Ie prévois*, ait, *les Volumes du P. Niceron à mesure, qu' ils paroissoient; le 7me Volume me dégoûta, et dès-lors j' y renonçai. Il est plagi-*

plagiaire par tout, et il ne se met guére en peine de nous ennuyer par des vies, qùe nous trouvons tous les iours sous nôtre main. Il est aisé de faire un in douze à ce prix-la, et de gagner les ciquante Ecus qu' on lui paye par quartier. Iusto utique durius hoc mihi iudicium videtur de opere, quod etsi naevis non careat, in eiusmodi studiorum genere vix unquam evitandis, non parum tamen utilitatis praestat. Quum vero id ipsum apud nos cet.

Pag. 1103 lin. 24. vtilitatem.) *Rambachio* in continuando hoc opere successit *Christ. Dav. Ioni* Sed vix exspectandus erit finis. Anno quippe 17.. Pars XXIII. et a. 1776. Volumen XXIV. typis impressum est. Nonnunquam haud adcuratam esse interpretationem, experientia me docuit. Indicem omnium vitarum secundum ordinem alphabeticum confectum, reperies in HEVMANNI *Conspectu reipubl. litterar.* Cap. VII. §. 84.

Pag. 1107. lin. 18. leg. BAELIVS in *Diction.* cet.

Ibid. lin. 29. RVDIGERVS) anno 1742. Dresdae mortuus, quondam cet.

Pag. 1109. lin. 10. *Parte* II.) p. 15. et 55. sq. — — Vitis ex communibus scriptoribus, FREHERO, et WITTENIO, servatis plerumque erroribus compilatis, iudicasse cet.

Ibid. lin. 29. ac) Part. X. ab alio, mihi quidem ignoto, denique Partem XI. cet.

Ibid. lin. 30. IOH. LVDOV. HEVBELIO cet.

Pag. 1110. lin. 6. *Christiani*) variis rebus lectu iucundis permista, sed Indice cet.

Ibid. lin. 8. p. 768.) Simile institutum nuper renovavit Cl. MVRSINNA, qui *Halae* a. 1782. edidit *Biographiam selectam.* Insunt huic volumini vitae Alb. Stadensis, scriptore TOBIA ECKHARDO, Herm. Osterdyk; Petri Burmanni auctore SCHACHTIO; Christoph. Wollii ab ERNESTIO; Ioh. Dav. Heilmanni

ab HEYNIO; Christoph. Aug. Heumanni ab *Eodem*; Pomponatii a IO. GOTTL. OLEARIO; Io. Godofred. Lakemacheri; Paullini a Sto Iosepho; Quirini a STO AVGVSTINO; Io Frid. Christii, ab ERNESTIO; Christi. Gottl. loecheri ab *eodem*; Io. Gottl Krügeri, a WERNSDORFFIO; Tob. Meyeri a KAESTNERO; Barthol Henr Brockes a SCHAFFSHAVSENIO; Io. Frid Noltenii a BALLENSTEDTIO; Thom. Woolstoni a WOOGIO. Exspectatur continuatio, non inutilis certe, quum eiusmodi minora scripta, ab editore collecta, in paucorum venire manus soleant. Successit Clarmundo cet.

Pag. 1111. ad lin. ultimam.) Anno 1764. prodierunt *Lipsiae Abbildungen und Lebensbeschreibungen berühmter Gelehrten* in 8. cum iconibus. Partem hanc primam secuta est anno 1765. altera. De utraque vid. *die Gött ing. gel Anzeigen* 1764. p. 1037. et 1765. pag. 644 ubi institutum hoc haud vulgari laude adficitur, quod et factum est in GATTERERI *histor. biblioth. Volum.* II *pag.* 207-231. Auctor, qui postea innotuit, est IOH. MATTH SCHROEKHIVS, Vir celeberrimus. Voluminis III. partem primam et alteram a. 1769 productam vix plures sequentur, quod utique dolendum. Conf. KLOTZII *deutsche Bibliothek*, Parte III. A. 1775. Danicam in linguam has vitas fuisse translatas docuit me laudati modo GATTERERI *historisches Journal*, *Part.* XII. *pag.* 257 Vita *Lutheri*, obvia in Volumine secundo, quod, uti prius, *tres Partes* continet, separatim quoque in 8. excusa prostat.

Pag 1112 lin. 17. lectionem.) De novo illo opere, *A new and general Biographical Dictionary* inscripto, quod *Londini* ab anno 1761. Voluminibus 12. in 8. exiit, vid. *die Hällischen gel. Zeitung.* a. 1766. pag. 690.

Ibid.

Ibid. poſt lin. 20.) Sed res haec dubia videtur. Nota eſt ſaltim editio anni 1595. folia 94. continens, cuius in titulo legitur: *Nunc primum editae et aeri incisae.* Praefatio etiam id confirmat, ubi et ſpes facta eſt Partis ſecundae, quae tamen non eſt ſecuta. Conf. *Neue Bibliothek der ſchönen Wiſſenſchaften und freyen Künſte*, Volum. XI. *Part.* II. p. *66.*

Pag. 1015. lin. 19. elogiis.) Introductionem ad hanc Bibliothecam hebraicam *Wolfii* 14. plagulis conſtantem edidit IOH. IVST. VON EINEM *Magdeb.* 1737. Supplementa et emendationes huius operis exhibuit recentiſſimo tempore HERMANN. FRIDERIC. KOECHERVS in libro inſcripto: *Nova Bibliotheca hebraica ſecundum ordinem Bibliothecae hebr. b. Wolfii diſpoſita* cet. cuius *Pars* I. Ienae 1783. *Pars* II. *ibid.* 1784. *in 4. mai.* prodiit, cum praefatione cel. EICHHORNII. Idem KOECHERVS priori Parti narrationem *de potioribus Bibliothecis hebraicis* praefixit, hiſtorico- litterariam, quae hic erit omnino conferenda.

Ibid. lin. penult. p. 411.) Conf. FRORIEPII *Arabiſche Bibliothek, Francof. et Lipſ.* 1769. *in 8.* Part. I. pag. 285-304.

Ibid. lin. ultim. editio) parata *Hagae Comit.* et Traiecti ad Moſam 1777. in 4. Tomis III. quos nunc ſequentur Supplementa. Vid. *Götting. gel. Anzeig.* 1779. Part. CII. p. 862. Tomus IV. prodiit *Hagae-Comit.* 1779. vid. *Götting. gel. Zeitung.* 1780. *Part.* 83. pag. 677. Supplementa proceſſere a. 1780.

Pag. 1116. lin. 4.) An interpretatio Luſitana prodierit, mihi non eſt cognitum. Librarii certe Veneti eam in grandi Collectione aliorum Operum, cui triginta Volumina maioris formae deſtinata fuerant, promiſerunt, uti quidem docetur in *Iournal des Savans*, m. Maio, 1761. *pag.* 470. *edit. Amſt.*

Pag. 1118. lin. 10. non contigit,) uſque ad annum 1766, quo in manus meas venerunt. Breviter

 ſaltem

ſaltem recenſentur ab Auctore ſcriptores Graeciae, memoratis praecipuis, quae de fatis eorundem librisque ipſi cognita fuerunt. Omnes tres diſſertationes continent 17. plagulas. LAVR. cet.

Ibid. lin. 12 in 8.) plagul. 11. prodiit cet.

Ibid. lin. 16. 1740.) iterumque 1750. Volum. II. cet.

Ibid lin. 22. p. 713 ſq.) Germanice opus hoc reditum, emendatumque ſtudio SAM. MVRSINNAE. accepimus. *Halae Magdeb.* a. 1767. *in 8. mai. Partibus* II. de cuius editionis dotibus vid. *die Hälliſch. gel. Zeit.* a. 176-. p. 167

Pag. 1119. lin. 11. *Fabricii* p. 111.) Nunc praeſtantiſſima exſtat editio, quae Lipſiae a. 1773. et ſequ. *Tomis* III. in 8. *mai.* abſoluta eſt et induſtriae IOH AVG. ERNESTII debetur, cuius laboris de virtutibus complures benigne iudicarunt. Candide tamen naevi etiam ſunt memorati in den *Götting. gel. Anzeigen, v gel Sach.* a. 1774. *Part.* 31. p. 257. et 369 *ſeq* Conf. etiam *die. Büzower kritiſche Sammlungen zur neueſten Geſchichte der Gelehrſ. Vol.* I. *Part.* I. p. 44 130 et 168.

Ibid lin 4 a fine pag. exiiſſet.) Is quidem libellus, ex plagulis octo, et quod excedit, conſtat, praemiſſoque conſilio de optimis ſubſidiis ad comparandam latine ſcribendi facultatem, agitur cap. 1. de *Ciceronis* ſcriptis, cap 2. de M. *Accio Plauto*, cap. 3. de M. *Portio Catone*, cap. 4. de *P. Terentio*, cap. 5. de *M. Terentio Varrone*, cap. 6. *de Cornelio Nepote*, cap. 7. de *C. Criſpo Salluſtio*, cap. 8. de *C. Iulio Caeſare*, cap. 9. de *Aulo Hirtio*, cap. 10. de *Tito Livio*, cap. 11. de *Phaedro.*

Pag. 1120. lin. 32. leg. copioſiſſime commemorat cet.

Ibid. lin. antepenult. dicit.) Paſſim tamen inveni, virum bonum non ſemper fontes ipſos conſuluiſſe, ſed

ſed aliis nimia facilitate habuiſſe fidem; inde lapſus eſt variis modis, nullo, ſi quis poſtulet, indicandis negotio.

Pag. 1122. ad fin. §. VII.) Vtiliſſimum eſt et adcuratum opus IAC. MARIAE PAITONI, in quo indicantur, criticeque examinantur editiones ſcriptorum veterum, Graecorum pariter ac Romanorum, ab Italis ſuam in linguam translatorum. Titulus ita ſe habet: *Biblioteca degli Autori antichi Greci e Latini volgarizzati, che abbraccia la notizia delle loro edizioni: nella quale ſe eſamina particolarmente quanto ne hanno ſcritto i celebri* Maffei, Fontanini, Zeno *ed Argolati*. Divulgatum eſt Tomis *quinque* in 4. Venetiis a. 1766. et 1767. et quadam ex parte recenſitum eſt in GATTERERI *allgem. hiſtor. Biblioth. Vol.* XI. pag. 158 - 193.

Pag. 1123. lin. 21. *moins profitable.*) Pars prior libri *Aproſiani* narrationem de vita Auctoris, diverſisque itineribus eiuſdem continet: altera demum de iis agit, quorum liberalitatem expertus fuerat.

Pag. 1126. lin. 28. p. 571.) Nec legiſſe poenitebit, quae in *Excerpto totius Italicae et Helveticae litteraturae, Tomo* I. p. 244. IOH. BAPT. SCARELLA, Cleric. Reg. Brixienſis, obſervavit anno 1758. *Hoc Opus*, inquit, *ſane herculeum eſt; nam primi duo Tomi, qui iam prodierunt, quique continent litteram A, tria circiter Auctorum millia complectuntur, quatuor ſequentes, qui litteram B, quorumque primus nunc imprimitur, et fere ad umbilicum perductus eſt, ſeptem fere millia, ad ipſa vero ſexaginta millia perveniunt omnes, quorum adverſaria iam confecit doctiſſimus Auctor. Quod eo laborioſius fit, quo in ſingulis Scriptoribus verſatur maiori cum diligentia, quae non longo intervallo abeſt ab ea, qua vitam Archimedis et aliorum ſeorſim conſcripſit; ut eruditi Italiae viri non ceſſent hominem quotidie monere, lima deſinat uti, conquieſcat in iis, quae ſummo ſtudio congeſ-*

 ſit,

fit, eaque in ordinem disponat, nec ob novas Scriptorum notitias absolutam tanti Operis differat editionem, quae, si quid ei humanitus contingat, ab alio nemine absolui ac perfici queat. Tum Scarella Operis coepti dotes adcurata expositione indicat. Interrupit Auctoris labores mors die 19. m. Novembris a. 1765. iisdem nondum ad partem Alphabeti dimidiam perductis. Vid. *Hallische gel. Zeitung.* a. 1766 *pag.* 146. Continuatio filii, Philippi Mazzuchelli, quae sperabatur, vix exspectanda videtur.

ANGELI FABRONI *Vitae Italorum doctrina excellentium, qui Saeculo* XVIII *floruerunt*, et stili elegantia, et industria, iudicio, rerumque notabilium ubertate de meliori sese commendant. Decas seu Volumen I. II. ac III. exhibitum est *Romae a.* 1766 - 1770 et quidem Decas I. ibid. 1766. Decas II. 1769. Decas III. 1770. Decas IV. 1774. V. vero *Florent.* a. 1775 in 8. Priores quatuor satis cognosci queunt ex GATTERERI *histor. Journal*, *Part.* VII. *pag.* 202 - 222. Auctor Italos suos ex omni eruditionis genere proponit.

His conatibus addi nunc meretur *La vie des hommes et des femmes illustres d' Italie, depuis le retablissement des sciences et des beaux arts, par une Societé des gens de Lettres*, à *Paris* 1767. in 12. Volumina iam II. prodiere. Anno 1760 secuta est Tomi II. Pars altera, 1762. tertia, et 1763. quarta. Duo post Volumina, auctore iam vita privato, accessere. Vid. cel. IAGEMANNI *Magazin der Italiänisch. Litteratur, Volum.* III. *pag.* 169. *seq.* ubi auctoris vita memoratur.

Pag. 1118 lin. 27 cognosci.) Nondum legi, alteram editionem ad hoc usque tempus productam, a. 1771. sub incude positam, prodiisse. Annus 1769. et 1770 *in fol* attulit MAVRAE SARTI Opus egregiae farinae, quod eodem mortuo absoluit atque edidit

MAV-

MAVRVS FATTORINI, *de claris Archigymnasii Bononiensis Professoribus a Saeculo* XI. *usque ad Saec.* XIV. *Bononiae* Partibus duabus in fol. maioris formae. Plures adhuc exspectandae sunt. Vid. *Götting. gel. Anzeig.* 1775. *Part.* 18. *pag.* 148. et praecipue *das Magazin fürs Kirchenrecht und Kirchengeschichte*, editore I. M. *Abelio*, (*Lips.* 1778. 8.) *Part.* I. *artic.* 2. *pag.* 31-37. ubi plenior de hoc Opere raro et pererudito notitia legi potest.

Pag. 1132. lin. 22. p. 278.) Successit *Serie di ritratti d' uomini, illustri Toscani, con gli Elogi istorici dei medesimi*, quod Variorum Opus, splendide excusum, iconibusque ornatum, *Florentiae* a. 1766. et 1770. forma folii maiore (alii *in* 4.) prodiit. Maculis quidem non caret, more in eiusmodi studiis solito: neque tamen anecdota desiderantur ex schedis manuscriptis inserta. Recusum est opus, sedecim diversos Auctores habens, *Luccae* a. 1771 seq. *Tomis* IV. *in* 8. *mai.* vid. GATTERERI *histor. Journal*, Tom. VII. p. 224. Quam XII. Voluminibus meditatus est *Historiam litterariam Florentinam*, eamque plenissimam, BANDINIVS, vix adhuc lucem adspexisse videtur, etsi hoc alicubi adfirmatum esse recordor.

Pag. 1133. lin. 1. leg. *Galliae togatae* vocabulo cet.

Pag. 1137. lin. 2.) Iam id agere EVSTACH. d' AFFLITTO, Dominicanorum Ordini adscriptum in Regia Neapolitana, ut novam componat Bibliothecam Neapolitanam, Toppii, Nicodemi et Fafuri laboribus praestantiorum intelligimus ex celeb. IAGEMANNI *Magazin der Italiän. Litteratur und Künste*, *Vol.* II. pag. 273.

Pag. 1139. lin. 9. discupiunt.) Interim nec reticetur, quibus laborat, naevis, in BAVMGARTENII *Nachrichten von merkwürd. Büchern*, *Vol.* VII. *pag.* 541.

Pede-

Pedemontanos eruditos exhibuit FRANC. AVGVSTINVS *della* CHIESA in *Catalogo di tutti li scrittori Piemontesi, et altri de i stati dell' Altezza Sereniss. di Savoia, Taurini* a. 1614. *in 4.* An alia exstet, annum 1635. praeferens, dubium est. Id certissimum, denuo prodiisse librum *Carmaniolae* a. 1660. eadem forma, additis in titulo verbis: *Edizione seconda accresciuta.* Rarissimus est hodie, at nullius momenti. Ita enim DAVID CLEMENT in *Biblioth. des livres difficiles à trouver*, *Tom.* VII. *pag.* 73. scribit de priori editione; *L' Auteur n' avoit que* 21. *ans*, *quand il mit cet Ouvrage en lumiére. C' etoit le premier fruit de ses veilles, comme il le nomme dans sa Dédication. Aussi est il bien sec et de peu d' utilité. Il y a rangé les Auteurs selon l' ordre alphabetique de leurs prénoms. Il ne dit que très-peu de chose de leur vie, et souvent il n' en dit pas un mot. Il cite leurs Ouvrages d' une maniere défectueuse, omettant souvent la date, ne faisant aucune mention des Imprimeurs, ni du Format des Volumes.* Aeque rarus est ANDR. ROSSOTTI *a* MONTEREGALI *Syllabus scriptorum Pedemontii*, *seu de scriptoribus Pedemontanis*, *in quo brevis librorum*, *patriae*, *generis et nonnunquam vitae notitia traditur. Additi sunt Scriptores Sabaudi*, *Montisferratenses et Comitatus Niciensis*, autore D. ANDR. ROSETTO a *Monteregali. Ibid.* (Mondovi) anno 1667. *in 4.* 1670. *in 4.* Conf. celeb. IAGEMANNI *Magazin der Italiän. Litteratur*, *Volum.* II. *pag.* 335.

Pag. 1140. lin. 29. exsplendescens.) Interim P. BAELIVS *Tomo* II. *Epistolarum* Gallice scriptarum p. 481. recte sic de hoc Opere iudicat: *Il y en met qui sont très-certainement nez ailleurs*, *mais ce n' est pas le plus grand défaut*; *le mal est*, *qu' il n' apprend presque rien que ce*, *qu' on trouve dans cent autres livres*, *et notamment dans* l' Athenaeum Romanum d' Aug. Oldoinus, *qui est lui-meme fort sec. — On se fait souvent une idée fort avantageuse d' un livre; on le cherche par tout;*

et

et quand on l' a vu, c' est le proverbe: pro theſauro carbones. (Nimis ſaepe et hoc ipſe huius Bibliothecae editor expertus eſt.)

Pag. 1153. lin. 30. renouatae.) (Edidit quoque ROLLIVS *Bibliothecam nobilium Theologorum hiſtorico-theolog. ſelectam Roſtoch. et Lipſ.* 1709. 1 Alph. 14. plagul.

Pag. 1156. lin. 16. Quo etiam ſpectat IOH. HENR. VOLMVRI Progr. *de Germanis extra Germaniam claris. Bilefeldae* 1738.

Pag. 1156. lin. ult.) Neque ſilentio praetermittendae ſunt hic *Athenae Rauricae ſ. Catalogus omnium Profeſſorum Academiae Baſileae ab a.* 1460. *ad* 1778. *cum biographia ſingulorum. Baſil.* 1778. in 8. mai. quibus poſtea Appendicis loco addita eſt *Adumbratio* eruditorum Baſilienſium, meritis apud exteros olim hodieque cet. Baſil. 1780 *in 8.* vid. Goetting. gel Anz. 1780. Scid. 67. Addere hoc loco licebit BOHVSLAI BALBINI *Bohemiam doctam*, opus poſthumum, notis illuſtratum editumque a RAPH. VNGAR, *Pragae* 1776. 1778. et 1780. *Partibus* III. *in 8. mai.* qui tamen labor aetatem noſtram non attingit, auctore nimirum a. 1689. vivorum ſocietati erepto. Scriptor introductionis praemiſſae de ſcientiarum artiumque in Bohemia progreſſu et fatis egit. Idem argumentum tractare coepere nobili ardore ADAVCTVS VOIGT a STO GERMANO et IGNATIVS a BORN, qui Pragae 1773. eadem ediderunt forma effigies virorum eruditorum atque artificum Bohemiae ac Moraviae. Pars altera, cuius praefatio de Nobilitate Bohemiae ac Morauiae docta belle agit, prodiit a. 1775. Partis I. Germanica interpretatio ſucceſſit dicto anno 1773. opera *Bornii*, altera Pars 1775. tertia, quam ſolus elaboravit FRANC. MART. PELZELIVS, a. 1777. quarta ab eodem a. 1782. Conf. GATTERERI *hiſtor. Journal*, *Part.* III. *pag.* 186-192. et *Part.* VI. p. 271. *ſeq.* Imagines adiunctae elegantiam ſpirant. Vitae autem nonnunquam a partium

um ſtudio non ſunt alienae, ſi diverſitatem religionis intueamur. VNGARI ſcriptum quod attinet, Pars I. hiſtoriam Vniverſitatis litterariae Pragenſis praecipue continet, *altera* de vitis Bohemorum eruditorum agitur ſpeciatim, in *tertia* vero notitia de Bibliothecis Bohemicis variis. In tertiae huius Partis Praefatione pollicetur quoque VNGARVS Catalogum omnium MSceptorum in hoc regno obviorum. Quid in hac editione deſiderandum ſit, exponunt Auctores der *Götting. gel. Anzeigen*, 1782. *Part.* 25. *der Zugabe, pag.* 393 ſeq.

Pag. 1157. lin. 14. velit.) IOH. LVDOV. ANT. RVSTIVS Viteb. 1776. *in* 8. edidit *litterariſche Nachrichten von verſtorbenen und lebenden Anhaltiſchen Gelehrten*, ſed modo fere vulgari. Partes IV. vidi.

Ibid. lin. 20. Huc quoque ſpectat GOTTFRIED. HECKINGII Progr. *de Auguſta ex civibus Auguſtanis apud exteros ampliſſimis muneribus functis illuſtriori. Auguſtae Vindel.* 1767. *in* 4.

Anſpacenſium atque *Baruthinorum* eruditorum Vitas Vir. Cl. IOH. ANDR. MAYERVS paravit magna induſtria. *Erlangae* a. 1781. in 8. *mai.* exierunt eiuſdem *biographiſche und litterariſche Nachrichten von den Schriftſtellern, die gegenwärtig in den Fürſtenthümern Anſpach und Bayreuth leben*, in alphabetiſcher Ordnung, Partibus duabus conſtantes.

Pag. 1158. lin. 8. omnes.) IGNATII *de* LVCA *gelehrtes Oeſterreich. Vindobonae* a. 1776. *in* 8. prodiit, qui liber iterum anno ſequenti Adpendice auctior prelo exiit. Quo etiam ſpectant: ALEX. HORANYI *Memoriae Hungarorum ſcriptis editis notorum*, quarum *Pars* I. et II. prodiit *Vindobonae* 1775. ſeq *in* 8. Plura vid. infra ad pag. 1249. notanda.

ANDR. FELIX *von* OEFELE, Conſiliarii Bavarici et aulae Bibliothecarii, *Adparatus Bavariae doctae* Volumina IX. continens, et cum a. 1732. fere abſolutus,

forte

forte a filio ipsius adhuc sperari potest. Vid. MEUSELII *historische Litteratur* a. 178 *Part.* VIII. *pag.* 141.

Pag. 1161, lin. 26. *Francofurtanae*, prolata *Francof. ad Viadr.* a. 1707. in *fol.*) Satis diu hoc usus ego sum Volumine, sed observavi etiam non semel, rectissimum esse REIMANNI iudicium in *Catalogo bibliothecae, Tom.* II. *pag.* 51. En! ipsa verba: *In his Vitis praeclara sunt multa et luculenta. et recondita; sed non omnes hae Biographiae sunt eiusdem commatis. Siquidem pleraeque nimis sunt contractae, et macilentae, et quasi tabe quodam exesae. — — Et quod in Historia litteraria imprimis requiri solet, in plerisque doctorum descriptionibus deest monumentorum, ab iis editorum, Catalogus, et quicquid ad consilia et fata, et eventus eorum litterarios rite cognoscendos pertinet.* Addo his interseri, passim allotria, quae abesse omnino poterant.

Pag. 1162. lin. antepennlt.) Programmatibus XIV. — — usque ad a. 1763. enarravit cet.

Pag. 1163. lin. 3. leg. ibid. a. 1756. *in* 4.

Ibid. lin. 6. *vixerunt.*) Vid. KOHLII *Hamburg. Berichte von gel. Sachen*, 1757. p. 471. Frequentior tamen factus est liber in tabernis bibliopolarum anno 1765. Conf. *die Götting. Anzeig. v. gel. Sachen* 1766. *Scid.* XCIV. p. 751.

Ibid. lin. ult. leg. leguntur.

Pag. 1164. lin. 31. *wollen.*) Minus etiam laudis meretur NICOL. WILKENII *Hamburgischer Ehrentempel*, quod Volumen posthumum satis spissum CHRISTIAN. ZIEGRA *Hamb.* 1710. *in* 4 protulit. Quod si attente quis legerit, facile animadvertet, Auctorem aeque ac Editorem iudicii inopia laborasse Plus certe lolii quam tritici praebetur. Hocce declaratur uberius cum in *der Algemeinen deutschen Bibliothek. Volum.* XX. *Part.* I. pag. 297. *seq.* tum in *den Betracht. über die neuesten histor. Schriften, Vol.* V. *pag.* 480.

Pag.

Pag. 1165. lin. 7. indagatores.) IOH. OTTO THIESSII *gel. Hamburg* a. 1780. *in 8.* excusum magis lectoribus satisfaciet. Ad scriptores specialiores de eruditis Hamburgensibus pertinent quoque *die Nachrichten von der Wincklerischen Familie in Hamburg, deren Stifter -- Ioh. Winckler, Sen. Minist. gewesen*, quod scriptum opera et studio b. IOH. DIETER. WINCKLERI prodiit *Hamburgi* 1773. *in 4. maiori.*

Ibid. lin. 21. a. 1660. in fol.) Rarissimum hodie libellum plagularum sedecim ac dimidiae haud ita pridem ante oculos habui. Continet effigies et praecipua vitae capita Professorum tunc florentium, XIV. scilicet, FRID. SPANHEMII. IOH. HENRICI HOTTINGERI, IOH. LVD. FABRICII, STEPH. GERLACHII, IOH. SEOBALDI FABRICII Theologorum, huiusque Logices etiam Professoris, IOH. CASP. FAVSII et IAC. ISRAEL Medicorum, IOH. A LEVNESCHLOS, Philosophi; IOH. FREINSHEMII Profess. honorarii; HENR. DAVID. CHVNONIS, GODOFR. a IENA, IOH. FRID. BOECKELMANNI, et PHILIPPI BVRCHARDI Ictorum, tandem SEBAST. RAMSPECK, Philosophi. Hos eo quidem ordine conspexi in exemplari mihi obuio.

Pag. 1168. lin. 7. litteratae) deleantur verba sequentia: maiusque — promisit et pro iis legatur: Optat MICH. RICHEY in *Historia statutorum Hamburgensium pag.* 86. ut hic liber, quo nihil possit historiae patriae studiosis esse utilius, cum accessionibus sine dubio ab Auctore ipso larga manu collectis, aliquando plenior et stili facilitate paullo gratior reddatur. Eodem in Volumine maius huius argumenti Opus promisit MOLLERVS.

Pag. 1169. lin. 5. levia) vel potius nulla in eruditionem merita. Ideoque prudentius egisset Auctor, si eiusmodi hominum obscurorum nomina oblivioni reliquisset.

Pag.

Pag. 1171. lin. 32. queam) Praeterea proditi anno 1743. *Dasim Jahr* 1743. *blühende Jena, ibidem* in 8. editore IOH. CHRISTOPH. MYLIO, cuius supplementa quoque usque ad a. 1749. eod. anno ibidem prodierunt.

Pag. 1172. lin. 17. notavi.) Anno 1766. *Monachii* in 8. accepimus PETRI PAVLI FINAVERI *Versuch einer Bayerischen gelehrten Geschichte*, quo in opusculo, lectu digno, triginta eruditorum Bavarorum vitas eleganter memorari, docent *die Götting. Anzeig. von gel. Sachen*, a. 1767. *Scid.* XXXII. p. 255. qui locus est utique consulendus.

Pag. 1178. lin. 3. a. 1740.) vicesimum vero primum, idque, ni fallor, postremum ann. 1759 in 4. lucem — — quin tandem uno coniuncta fasciculo seq.

Pag. 1179. lin. 17. Rostoch. Ictus.) A. 1781. Rostochii IOH. CHR. KOPPIVS indicavit librum sic inscriptum: *Jeztlebendes gelehrtes Meklenburg, oder raisonnirendes Verzeichniß aller Schriftsteller, die sich als Eingebohrne in diesem Lande aufhalten, oder aus demselben gebürtig in andern Landen angestellet sind, oder die aus andern in Meklenburg Dienste erhalten haben.* Anno 1783. nundinis Lipsiensium vernalibus lucem adspexit eius *Pars I. in 8.* biographias XXV. continens. Quovis semestri continuatio promissa est, quod quidem iucundius erit compluribus, qui clarissimi Auctoris industriae meritum pretium statuunt.

Pag. 1180. lin. 25. Opusculum) quatuor Dissertationibus divulgatum cet.

Ibid. lin. 28. conatum.) Omeisium autem non pauca descripsisse ex GEORG. MATTHIAE KOENIGII praelectionibus non editis *de claris Norimbergensibus* observat WILLIVS in *Lexico* suo mox laudando, *Part.* II. *pag.* 327.

Pag. 1181. lin. 7. p. 66. sq.) et, praeter *Catalogum Bibliothecae Rinckianae* p. 983. WILLII *Nürnbergisch. Gelehrten Lexicon*, Part. III. p. 635. seq. GE. IAC. cet.

Ibid. lin. 22) Interim optandum erat, ut Vir industrius complura nomina, quae in re publica litteratorum nullius momenti sunt, vel omisisset plane, vel in separato coniecisset volumine. Alios naevos, his nostris temporibus haud excusandos, facile observabunt peritiores. Partis *quintae* editionem singulari Programmate in *8. maiori* a. 1782. indicavit officina *Baueriana* Norica. Sed nondum audivi, rem fuisse ad finem perductam. Caeterum plausu dignum est Opus — — — Commode cet.

Pag. 1183. lin. penult. prodiisse,) imo, quod Clariss. WILLIVS in *Praefatione* Parti I. *Lexici* sui *eruditorum Noricorum* praefixa testatur, illustrem hunc virum ne manum quidem ipsi admovisse. Mirum ergo, quod *Stollius* eas pulchre scriptas dicat, idemque *Hoffmannus* in Bibliotheca sua iuridica confirmet, quia magna sint dexteritate compositae.

Pag. 1184. lin. 4. Noricae decus.) Eo quidem iampridem defuncto, id non sperandum. Hoc tamen nunc perfecit CAROL. SEBAST. ZEIDLERVS, Ictus Noricus, editis *Norimb.* a. 1770. *in 4.* Vitis Professorum Iuris in Academia Altorfina, cuius libri recensio critica exstat in celeb. SCHOTTII *unpartheiisch. Kritik über iurist. Schriften*, *Vol.* III. *pag.* 131. seq.

Pag. 1185. meritus.) De vitis omnium Professorum *Oenipontanorum* eorumque scriptis ab anno 1673 usque ad a. 1781. strictim egit BREHMIVS *in Alterthümern*, *Geschichte und Statistik der hohen Schulen*, *Volum.* I. *pag.* 398-452.

Ibid. lin. 10. a. 1698.) ad POTZERNIVM scripta, legi nunc potest in HERM. HENR. cet.

Ibid. lin. penult. p. 405.) Nova editio, quam auctiorem longe ac emendatiorem iudicatam legi in

DAEH-

DAEHNERTI *Pommerschen Nachrichten von gel. Sachen*, a. 1746. p. 236. optatos non habuit successus. Secutus cet.

Pag. 1186. lin. 12. Novo titulo) *Lebensgeschichte Ioh. Bugenhagens*, insignito, Praefatione cet.

Pag. 1187. lin 5. Stadthagensem,) a. 1758. mortuum, bene studuit mereri. cet.

Pag. 1188. lin. 12. p. 66. sq.) Nuper etiam Saxoniae, quae Principi Electori paret, viros eruditos, scriptis hac nostra aetate claros, recensuit, instituto plausu digno FRIDER. AVGVST. WEIZIVS, cuius *gelehrtes Sachsen oder Verzeichniß derer in den Churfürstl. Sächs. und incorporirten Ländern ieztlebenden Schriftsteller und ihrer Schriften*, *Lips.* a. 1780. forma octuplicata maiori lucem adspexit. Facile tamen suspicari licet cuilibet, non nisi Sciagraphiam quandam ab Auctore offerri, quod laboris alioqui moles longe maior fuisset futura.

Ibid. lin. 27. Hirschberg.) et *Vratislau.* ab anno 1752. Programmatibus XXXXIV. *in 4.* bonae frugis cet.

Pag. 1189. lin. 22) Eos *Silesiae* viros litteratos, qui a. 1774. vixere, Germanice consignavit, et ordine alphabetico recensuit CAROL. CONRAD. STREITIVS. Prodiit liber, Partibus II. *in 8. mai. Vratislaviae* 1776.

Ibid. lin. 28. placuisset.) Eruditos viros *Landeshuta* oriundos, *Vratislaviae* a. 1753. *in 8.* produxit, sed vulgari modo descripsit ERNEST DAN ADAMI.

Ibid. lin. penult. essent.) *Sueviae* totius scriptores nostra aetate claros ex HAMBERGERI *gelehrten Deutschland* descripsit, ac variis accessionibus auxit OTTO FRID. HOERNERVS. Prodiit hoc opusculum *Nordlingae* a. 1771. *in 8.* Praemisit praefationem, in qua mixta exhibet iudicia de vera eruditionis hodiernae apud Suevos conditione, notitiamque de artificibus

ſtanis. Sed facile patet, haud pauca cum emendari, tum addi poſſe. De viris cet.

Pag. 1192. lin. 21. adiectum.) Quo etiam ſpectant CHRIST. SIGISM. GEORGII et SCHROEDERI *Annales Academiae Vitembergenſis* a. 1775. *in* 4. cum KLÜGELII praefatione editi.

Pag. 1193. lin. 1. monuit.) Eiuſdem FISCHLINI *Francof. et Lipſiae* (ſive *Altorfi* potius) ſecutae ſunt a. 1712. in 8. aliquot plagulis Vitae praecipuorum Cancellariorum et Procancellariorum Ducatus Würtembergici. Omnes ad ſaeculum XVI. et XVII. pertinent. Exilis opella, pauciſſimique horum virorum ſcriptis innotuere. In praefatione auctor integrum de vitis virorum illuſtrium et Ictorum Würtembergicorum pollicetur opus ſub titulo, *Würtembergiae togatae* edendum; at nihil praeſtitit amplius, neque id videtur eſſe dolendum. Cf. REIMANNI cet.

Ibid. lin. 6. p. 280.) Eiuſdem exſtat *Würtembergiſches Gelehrten Lexicon* a. 1772. in 8. excuſum. In eiuſdem cet.

Ibid. lin. 32. poſſit.) Nunc praeſtat V. C. AVG. FRID. BOEK, *Geſchichte der Herzogl. Würtemberg. Eberhard Carls Vniverſität zu Tübingen*, *ibid.* a. 1774. *in* 8. *mai.* quo in libro, lectu iucundo, potiora etiam de fatis Profeſſorum exponuntur. Plura cumulare cet.

Pag. 1194. ad finem §. XVI.) Adiungantur hic Germanis doctis *Baſileenſes*, de quibus legendae ſunt *Athenae Rauricae*, quas iam una cum appendice memoravi ſupra ad pag. 1156. lin. ultima.

Pag. eod. lin. 29. pertinet.) Loco verborum, „interim —— labor„ nunc legatur: VERDIERIVM etiam inter fures librarios PAPILLONIVS refert apud D'ARTIGNY in *Mémoires d' Hiſtoire de Critique et de Littérature*, *Tom.* V. *pag.* 392. his quidem verbis: *Je ne ſai perſonne, qui ait mis du Verdier parmi les Plagiaires.*

Il

Il l'est néanmoins, et le prouve est facile à faire. J'ai trouvé, qu'il a inseré dans sa Bibliothéque tout l'ouvrage de Fauchet *sur nos anciens Poetes Francois. Voyez, par exemple, l'article d'* Eustáce ou Huistace. *Il n'oublie dans ce qu'il dit de ce Poete, que le nom de celui, qui lui a fourni de bons materiaux.* Conf. quae mox a SEELENIO proferam. Praeter hoc vitium aliam quoque ob caussam cedere Verdierius Crucimanio debet.

Pag. 1195. lin. ultim. statuerat) Continuationem Operis *Crucimaniani* paravit BERNARD. *de la* MONNOYE, eiusque labor, nondum editus, venum expositus est in IEAN NEAVLME, librarii Berolinensis, *Catalogue des livres*, Amsterd. 1763. *in 8. mai. Tomo* V. *pag.* 17. En! titulum Codicis, manu exarati: *Continuation et augmentations de la Bibliothéque* DE LACROIX-DV-MAINE, *Mst de Mr. de la Monnoye, contenant présque autant d'Articles neufs, que cette Bibliothéque en a, et qui n'ont jamais imprimés.* Addit librarius: *Mst. unique et precieux, écrit d'un petit caractére trés lisible*, de 300. *à* 400. *pages in* 4. Nunc usurpatae sunt hae schedae a novo editore Bibliothecae Crucimaniae ac Verdierianae. Is est RIGOLEY de IVVIGNY, cuius opera *Parisiis* a. 1772. *in* 4. Volumina duo prodiere. Tertium anno sequenti accessit; nec dubium, reliqua tria absoluta post fuisse. Sex enim promiserat editor, qui complures ex sua penu, item Bounierii ac Falconeti obscervationes adiecit. Conf. MEVSELII *Betrachtungen über die neuesten historischen Schriften*, *Vol.* IV. p. 473. et *Vol.* V. p. 116.

Pag. 1201. lin. 28. corriguntur.) Nunc, exemplari priore rarius facto, nova, eaque praestantissima editio *Parisiis* adornata est laudabili studio FEVRÉTI *de* FONTETTE, in Tribunali Divionensi Consiliarii, qui Opus, Voluminibus quatuor absolutum emendavit, et insigniter adauxit. Tomus I. a. 1768. Tomus II. 1769. III. 1771. IV. 1775. et postremus

V. a. 1778. prodiit. Vid. *Hällische gel. Zeitung.* 1775. P. 80. p. 633-637. *Götting. gel. Anzeig. v. gel. Sachen* 17 0 *Scid.* 26. p. 214.

Pag. 1202. lin. 32. voluerit.) Nunc iampridem deferbuisse videtur conatus laudabilis. Post Tomum enim XII. qui ultra saeculum duodecimum non procedit, nihil amplius in lucem prodiit. Copia dicendorum deterruisse videtur architectos, *Riveti*que successores. Anno 1768. lingua Gallica LONGCHAMPIVS Epitomen exinde quasi fecit, cuius titulus est: *Tableau historique des gens de Lettres, ou Abregé chronologique de la Littérature Françoise, considerée dans ses diverses revolutions, dépuis son origine, jusqu' au dix-huitième Siècle, par Mr. l' Abbé et L**. Paris.* 1768. *in 8.* Vid. *Hällische gel. Zeitung.* 1768. p. 757. Non videtur tamen conatus processisse ultra Partem VI. quarum ultima saeculum XIII. continet, Vol. I. deinde, auspiciis KLOTZII germanice redditum *Halae* 1770. *in 8. mai.* prodiit. Desunt plures Tomi. De exemplari Germanico vid. MEVSELII *Betrachtung. über die neuesten histor. Schriften, Volum.* III. *pag.* 59. *seq.*

Pag. 1203. lin. 19. lingua recusum Lipsiae — — prodiit; III. successit a. 1761. Quarta, quantum sciam, non fuit exhibita. Omnium cet.

Pag 1204. ad finem §. XVII.) Plures postea *Parisiis* editiones successerunt, nempe a. 1758. 1760. 17 2. 1764. et 1769. quae postrema ex Volum. *duobus in* 12. constat, uti quidem docent *die Goetting. gel. Anzeig. v. gel. Sach.* 1770. *Scid.* XXIII. p. 185. De novo quodam Opere, cuius praecipuus auctor MARTINVS, Abbas, dicitur, sic inscripto: *Les trois Siècles de nôtre Littérature, ou Tableau de l' esprit de nos Ecrivains depuis François* I. *jusqu' en* 1772. *par ordre alphabetique*, vide celeb. GATTERERI *historisches Iournal*, *Part.* VII. p. 157-165. ubi virtutes ac vitia instituti adcuratius indicantur. Sunt *Tomi tres*, qui lucem videre *Amstelod.*

ftelod. 1772. *in 8. mai.* ac furtive recusi sunt anno sequenti *Lugduni.* Mox vero a. 1774. ipse Auctor emendatiorem et locupletiorem editionem exhibuit. Nec silentio praetermitti debet IOH. GEORG. MEVSELII *Französische Biographie*, cuius Tomus I. prodiit *Halae* 1771. *in 8.*

Pag. 1206. lin. 30. dignitate.) Longe auctius librum recusum esse *ibidem anno* 1706. *ead. forma*, docuit NICERONIVS *Mémoires*, seu Vitarum *Part.* I. *pag.* 66. *edit. Gallicae.* De *Carnutensibus* cet.

Pag. 1208. lin. 18. *de Calmet.*) Evolvatur hoc loco STOSCHII *neues gelehrtes Europa*, *Part.* XV. *pag.* 644.

Ibid. lin. 29. floruerunt.) PERNETTI autem *Récherches pour servir à l' histoire de Lion*, *ou les Lionnois dignes de mémoire*, quod Opus prodiit *Lugduni* a. 1757. *Volum.* II. *in 8.* Exspectationi meae parum satisfecisse profiteor. Non pauci cet.

Pag. 1210. lin. 16. *Parisiis.*) FONTENELLE, *Eloges* Volumen V. et VI. nunc implent inter Opera eius *Paris.* 1758. Tomis X. *in 12. mai.* optime edita. Hoc excitatus cet.

Pag. 1212. lin. 13. p. 43.) Altera huius interpretationis Italicae editio *Romae* a. 1722. *in* 4. separatim exhibita, atque secundum hanc inserta est a. 1730. a librario Veneto Operi CRESCIMBENI, quod inscriptum est, *Istoria della volgar Poesia.* Denique cet.

Pag. 1218. lin. 24. iamque) Tomus IV. qui est postremus, cum aliquot supplementis *a.* 1759. Operi finem imposuit apud Germanos nostros rarissimo. Nunc nova Academia Scientiarum Lisboensis occupata est in Commentariis edendis de vita scriptisque civium eruditorum, qui a *Machado* vel praetermissi, vel leviter saltim sunt nominati. Ad symbolas conferendas publico Programmate *in fol.* inuitati sunt a. 1780. omnes horum studiorum gnari. Hunc quidem

dem Tomum poſtea prodiiſſe, certum eſt et exploratum; iam vero annum editionis adcurate indicare non licet. Auctor ordine alphabetico cet.

Pag. 1219. lin. 2. *eiuſdem anni.*) Idem factum eſt in *Grammatica Luſitana*, auctore IVNGIO, *Francof.* ad *Viadr.* a. 1778. *in* 8. evulgata ſermone Germanico. Leguntur enim ibi varia de ſtudiis librisque gentis huius, quae inſervire poſſunt MACHADI Volumina deſiderantibus. Quaedam de Scriptoribus cet.

Pag. 1225. lin. 4. ſequuntur.) a. 1760. Volumen V. a litteris L. uſque ad litt. S. editum, iis articulis, qui ad hiſtoriam civilem ſpectant, multum hic praeciſis. Vitas Mathematicorum atque Poetarum in eo ipſo Volumine caeteris praeſtantiores eſſe, adſeritur in *den Götting. gel. Anz. v. gel. Sach.* a. 1761. *Part.* III. p. 23. Altera editio auctior longe et emendatior eſt, quae prodire coepit *Londini* a. 1780. iamque exſtant eius Volumina II. reliqui VII. qui promiſſi ſunt, adhuc exſpectantur. Vir autem cet.

Ibid. lin. 28. inſtructa.) Anno 1770. prodiit Pars X. huius operis curante IOH. SALOM. SEMLERO. Plures conſpicere mihi non licuit.

Pag. 1227. lin. 21. *Engliſh Dramatick Poets*, cet.

Ibid. lin. penult. CIBBERI,) diſſolutae vitae hominis, et aliorum induſtria cet.

Pag. 1228. lin. 14. *Hands.*) Conf. *die Brittiſche Bibliothek*, *Vol.* I. *Part.* I. *artic.* 5. Haud ita pridem SAM. IOHNSONI *Vitae Poetarum quorundam in Magna Britannia celebrium* ex Anglico in Germanicum converſa ſermonem prodire coeperunt hoc titulo: *Biographiſche und critiſche Nachrichten von einigen Engliſchen Dichtern. Altenb.* 1781. *in* 8. Vol. I. Interpres *Blankenburgius*, nonnihil obſervationum ſubiunxit. Volumen alterum ſucceſſit *ibid.* a. 1783. Nec ii cet.

Pag. 1237. lin. 11. *art.* 1.) Succeſſerunt ſex ac viginti annis poſt Foppenſii Opus PAQVOTII *Mémoires*

res pour servir à l' Histoire littéraire des 17. Provinces des Pays-bas, de la Principauté de la Liége, et de quelques autres contrées voisines, à Louvain, 1765. Tom. I. copiosa instructus est praefatione, in qua partim priores huius argumenti scriptores recenset ac diiudicat, partim conatus sui rationem reddit; *Tomus* II. prodiit 1768. *Tomus* III. successit a. 1770. *in folio.* Eodem tempore prodierunt etiam exemplaria *in* 8. Voluminibus octo ac decem. Plures postea Tomi mihi quidem haud innotuere. Interim Auctor vitas ac scripta hominum eruditorum, qui his in provinciis eminuerunt, satis diligenter exposuit. Addendus est cet.

Pag. 1239. lin. 2. nati.) Stetit tandem promissis VRIEMOETIVS, *anno*que 1758. *in* 4. *Leouardiae* exire iussit *Athenarum Frisiacarum libros* II. quibus copiosius cum harum rerum amatoribus communicat, quae antea, instar promulsidis, edita eiusdem auspiciis fuerant. Claros cet.

Pag. 1241. lin. 1. *Professorum* caet.) et, HOMMELIO teste in Praefatione ad *Effigies Ictorum p.* 24, splendidius ibid. *in fol.* 1732. apud Petr. van der Aa editorum. Cf. STOLLII cet.

Ibid. lin. 19. elegantissime.) Vid. de iisdem, rarius in Germania conspiciendis, *die Götting. gelehrt. Anzeigen von gel. Sachen, a.* 1759. *Part.* C. p. 857. Athenae hae Batavae exstant cet. — Pauca de iisdem memoranda cet.

Ibid. lin. 23. fieri) homini doctissimo, ex Praefatione cet.

Pag. 1242. ad finem §. XXI.) Cuius sit farinae PETRI *de la* RVE *geletterd Zeelandt*, *Middelburgi* a. 1734. *in* 4. mihi quidem ignotum est. Laudatur ob multa memoratu digna in HOLTZBECHERI *Niedersächsischen Nachrichten von gelehrten neuen Sachen*, 1735. *Part.* X. *pag.* 79-84.

Pag. 1245. lin. 22. eruditorum.) *Berolini* a. 1781. *in* 8. prodiere I. F. GOLDBECKII *litterarische Nachrichten von Preussen*, quem libellum mox sequetur plenior et adcuratior Borussorum eruditorum historia. Medicorum Borussicorum cet.

Pag. 1246. lin. 6. p. 103.) Novam, ac sine dubio longe auctiorem editionem plures ante annos meditatum esse filium, NATHAN. PRAETORIVM, accepi aliquando; sed res caruisse videtur eventu. Interim ANDR. SCHOTTVS Analecta paravit ad libellum, quae obvia sunt in Actis — — — artic. 24. p. 221. sequ. Sequutum est mox cet.

Ibid lin. 24. praeside,) forsan et adiutore MICH. CHRISTOPH. HANOVIO — — CHARITIVS. Pars altera non accessit.

Pag. 1247. *anno* 1704) Nunc in hoc argumento caput maxime extulit FRID. CONR. GADEBVSCH, cuius *Livländische Bibliothek*, ordine alphabetico constructa, *Rigae* a. 1777. Partibus III. *in* 8. *mai.* emissa est non sine plausu publico. I, B. FISCHERVS tamen *ibid.* a. 1782. in 8. addidit symbolas et emendationes ad hocce Opus *Hungariae* cet.

Pag. 1249 lin. 12. eventum.) Ita quidem scripseram, quum nondum innotuisset mihi, auctorem illum anonymum, MICH. ROTARIDEM, ob solum erga suos adversarios stilum paulo acutiorem, forte notandum, Vitembergae a. 1747. praematura morte diem supremum obiisse. Diu post successorem nactus est dignissimum ALEXIVM HORANYI, qui *Memoriam Hungarorum et provincialium, scriptis editis notorum*, non sine plausu publico luci exposuit. Pars I. *Vindobonae* a. 1775. *in 8. mai.* et II. ibid. eod. III. eademque ultima autem Posonii 1777. producta est. Viri huius gentis docti secundum litterarum ordinem recensentur; non pauci tamen nobilem hanc societatem augent, quorum quidem nomina vix ullis meritis

ritis conſpicua laudanda tamen ab exteris facile ignorari poterant. Interim laudanda eſt Auctoris diligentia. Iam ante PETR. BOD, Biographiam Eruditorum apud Hungaros et Tranſylvanos ſub titulo: *Magyar Atenas* (Athenae Hungaricae) *Cibinii* a. 1766 in 8. lingua patria emiſerat. Verum is liber prohibitus fuit, quod mandato Caeſareo ſerio interdictum, ne ullus unquam Hungariae civis, quibuscunque ſacris addictus ſcripta publicaret vni alterive Religioni adverſa, nec diverſarum Religionum diſputationes extra Scholas audirentur. Haec debeo IOSEPHO BENKO in *Tranſylvania*, *Tomo* II. *pag.* 330. Idem *loc. cit.* pag. 331-532. *de Eruditis Tranſylvaniae* ſtrictim egit. Memoriam Medicorum celeberrimorum Hungariae et Tranſylvaniae docte enarravit STEPHANVS WECZPREMI in *ſuccincta Medicorum Hungariae et Tranſylvaniae Biographia*, cuius *Centuria I. Lipſiae* 1774. *in 8.* prodiit. Plura, quae ad litteraturae Hungaricae notitiam ſpectant, exhibet liber inſcriptus: *Ratio educationis totiusque rei litterariae per regnum Hungariae et provincias eidem adnexas*, cuius *Tomus* I. a. 1777. *Viennae* apud nobilem de Trattner in *8. mai.* lucem adſpexit publicam.

Pag. 1251. lin. 4. Minervam precor.) De *Lexico celebrium Suecorum biographico*, cuius Partes III. *Holmiae* et *Vpſalae* a. 1779 - 1780. lingua Suecica non ſine plauſu, ſtudio et opera GE. GEZELII prodiere, vid. *die Götting. gel. Anzeig.* a. 1780. *pag.* 31. et a. 1781. *Part.* 28. p. 219. *ſeq.* 1782. *Part.* 43. *der Zugabe*, *pag.* 673. Inſcribitur hoc opus ſequenti titulo: *Förſock til a Biographiſkt Lexicon ofver Namnkunnige och Lärde Suenſke Män.* Promiſſa ſunt quoque eiuſdem Operis ſupplementa. *Stiernmanni* in locum haud ita pridem ſucceſſit CAROLVS GVSTAV. WARMHOLTZIVS, qui exemplo IAC. LE LONG paravit lingua Suecica *Bibliothecam Sueo Gothicam*, ſeu *Conſpectum librorum*

et

et manuſcriptorum et typis excuſorum de hiſtoria patriae ſuae, cum obſervationibus criticis atque hiſtoricis. Pars prima Holmiae a. 1782. *in* 8. *mai.* divulgata eſt a clariſſ. GIOERWELL. Multis auctor modis LONGIVM ſuperavit, et ſine dubio, vitae Suecorum ſcriptorum, paſſim exhibentur. Sperandus igitur eſt felix operis ſucceſſus, exteris iucundior profecto, ſi hoc ipſum poſthac reddatur latine, gallice, germaniceve. Videatur *das Kieliſche Litteratur-Journal, a.* 1782. *m. Octobr. pag.* 562. ſeq.

Pag. 1252. lin. 1. *p. 49.*) Vitae Profeſſorum *Lundenſium* plurimorum, copioſius expoſitae, implent *Continuationem* alteram *Hiſtoriae Acad. Lundenſis*, a IOH. IAC. *von* DOEBELN concinnatae.

Ibid. lin. 27. recenſione.) Idem THVRA edidit *Gynaecaeum Daniae litterarium*, Alton. 1732. 8.

Pag. 1253. lin. 1. *Hoffmanno*) Regiae Cancellariae a ſecretis, debetur cet.

Ibid. lin. 5. id) ſex, ſed iis magnitudine — — quibus acceſſit *ſeptima*, tanquam Adpendix.

Ibid. lin. 10. magnitudinis,) praecipue ſi tabulas genealogicas inſpicias. Imagines cet.

Ibid. lin. 14. In ſex prioribus legendum eſt.

Ibid. lin. 19. pro voce *ſexta* legatur ſeptima.

Ibid. lin. 22. legatur nunc, inter hos omnes varii cet.

Ibid. lin. 27. p. 487. ſeq.) Proſtat nunc etiam interpretatio Danica, cuius Pars III. eademque ultima *Hafniae* a. 1779. in 4. prelo exiit. Potior eſt haec ipſa Authentico Gallico, cum ob emendationes varias, tum ob additiones quam plurimas. Specimen Lexici, vitas et ſcripta eruditorum Danorum, Noruegorum et Iſlandorum methodo Ioecheriana exhibuit IENS WORMIVS, et lingua quidem patria Volum. II. *Helſingoerii* a. 1771. et 1773. *in* 8. prodiit. Antea *Soroe* 1768. *in* 4. Prodromum *Lexici litterarii Dano-Nor-*

Noruegici emiserat. Omnium etiam Doctorum publicorum, itemque Scriptorum in Dania natorum vel receptorum, qui regnante Christiano VII. inclaruerunt, Catalogus reperitur in GATTERERI *histor. Iournal*, Part. XV. p. 97. seq. ut specialia cet.

Pag. 1254. lin. 13. exornat.) Vitas Episcoporum, qui floruerunt in Dania et Noruegia, complectitur ERICI PONTOPPIDANI Volumen I. Partis quartae *Annalium ecclesiae Danicae diplomaticorum*, pag. 76. usque ad p. 273. quod insigne opus Germanice prodiit *Hafniae* anno 1741. sq. *in* 4. Plura cet.

Ibid. ad fin. §. XXIII.) De *Russorum* Scriptoribus NICOL. NOWIKOWIVS non nihil commentatus est lingua sibi vernacula in *specimine Lexici historici Scriptorum Russicorum*, quod *Petropoli* a. 1772. plagul. 17. *in* 8. prodiit. Conf. BERNOVLLI *Reisen Part.* V. *pag.* 122. itemque MEVSELII *Betrachtungen über die neuesten histor. Schriften*, *Volum.* V. p. 314.

Pag. 1258. lin. 9. in 4.) Nouissime Volumen accessit, paucis nostrorum, ob complura nullius in re litteraria momenti, utilitatem adlaturum, quod studio IOH. FELICIS OSSINGERI *Ingolstadii* a. 1768. *in fol.* lucem vidit. Titulus hic est: *Bibliotheca Augustiniana historico-critica et chronologica, in qua mille quadringenti Augustiniani ordinis* Scriptores, eorumque Opera, tam scripta, quam typis edita inveniuntur.

Pag. 1259. lin. 1. leg. Vol. VI. excuso,) (quorum quintum RENATVS MASSVETVS, sextum EDMVND. MARTENE, post obitum Auctoris, edidere. Vltimum hoc, variis *Martenii* additamentis ad praecedentes Tomos exornatum, prodiit Paris. 1739.) et BERN. PETZIVS cet.

Pag. 1260. lin. 26. *de St. Maur.*) Subsecuta est *Bruxellis* ac *Paris.* a. 1770. *in* 4. nova horum Monachorum historia, cuius est titulus: *Histoire littéraire de la Congrégation de St. Maur, Ordre de St. Benoit, où*

l' on

l' on trouve la vie et les travaux des auteurs, qu'elle a produits depuis son origine en 1618. *iusqu' à présent* cet. Hoc Opus, quod PETZII ac *le* CERF labores longo post se intervallo relinquit, Germanice redditum, editumque est *Francof.* a. 1773. et 1774. *Tomis* II. *in* 8. *mai.* auctorem habuit RENATVM PROSPERVM TASSINVM, doctissimum huius Congregationis collegam.

Pag. 1280. lin. ult. et 1281. lin. 1. IOH. TRITHEMIVS — — — *de Scriptoribus ecclesiasticis Collectanea.*) Editionis meae *Coloniensis* a. 1531. in 4. titulus ita audit: *Catalogus scriptorum ecclesiasticorum, sive illustrium virorum, cum appendice eorum, qui nostro etiam saeculo doctissimi claruere. Per venerabilem virum, Dominum Iohannem Trittenhem, Abbatem Spanhemensem, disertissime conscriptus.*

Pag. 1292. lin. 25. Tres priores — Tomos) sub titulo: *Nova Bibliotheca Auctorum ecclesiasticorum* cet. *Tom.* I. *Parisiis* 1692. Latine redditos cet.

Pag. 1295. lin. 20. successerunt.) Imo Tomus III. eodem non subsecutus est, et recensetur in *Tomo* VI. *Supplement. ad Nova Acta Erudit. pag.* 247-251.

Pag. 1297. lin. 22. eruit.) Denique Opus hoc OVDINI typothetarum crassis maculatum esse mendis indicat PROSP. MARCHAND in *Diction. historique*, *Tom.* I. *pag.* 314. ubi sic scribit: *Ces* Commentarii *fourmillent de fautes enormes. Un Auteur est bien à plaindre, lorsqu' il tombe entre les mains de pareils Libraires.* Post cet.

Pag. 1298. lin. 19. Auctor) qui in DAV. CLEMENT *Catalogo librorum pag.* 8. *num.* 164. *de* LIMMIERS vocatur, ab Orbe cet.

Pag. 1300. lin. 14. curarint.) Belgae etiam suam in linquam a. 1728. *in* 8. easdem transtulerunt. Conf. *die Beyträge zu den Leipz. gel. Zeitung, Volum.* V. *pag.* 831.

Pag.

Pag. 1301. lin. 11. *Würtembergicorum)* item §. *XXIII.* in fine de PONTOPPIDANI *Vitis Episcoporum Danicorum et Noruegicorum;* quae singula cet.

Pag. 1308. lin. ult. pro numero 1736. legatur 1536.

Pag. 1312. lin. 29. memoratur caet.) De BERN. *de la* MONNOYE Observationibus Gallicis in hunc ipsum librum, nondum editis, ita differit PAPILLONIVS in *Bibliothèque des Auteurs de Bourgogne, Part.* II. *pag.* 77: *Je les ai vües en quatre petits cayers, écrits de sa main, in 4. et remplis d' une infinité de récherches savantes et curieuses. On ne sait, par quel aveuglement l'Auteur de ces Vies n'en a fait aucun usage, ni même ceux, qui en ont procuré une seconde édition.* Germanorum cet.

Pag. 1313. lin. 13. lege: *in Tractatibus Tractatuum, Tomo* I. cet.

Pag. 1316. lin. 22. *Tomis* II.) nunc raro obviis. Magnam cet.

Pag. 1317. lin. 32. contigit.) (Priorum Tomorum II. auctorem esse IOH. CHRISTOPH. FRANCKIVM, haud ignotum Ictum olim Halensem, quod audivi postea, pro certo adfirmare non ausim,). Quisquis sit cet.

Pag. 1319. lin. 28. propediem.) Factum id est a. 1760. quo Partem quartam accepimus. Quinta anno sequenti prodiit; sexta autem quadriennio post imposuit operi clausulam. Auctor huic studio semel occupat. mox divulgavit huius argumenti alia; scilicet a. 1766. *Lexicon oder kurzgefaßte Lebensbeschreibung aller ieztlebenden Rechtsgelehrten, Halae in* 8. de quo tamen libello vid. *die Götting. gel. Anzeig.* eiusd. anni *Part.* LXIV. Tum ibidem a. 1772. moliebatur *Allgemeines Iuristisches Gelehrten-Lexicon in* 8. *mai.* At primis plagulis quatuor excusis pergere noluit bibliopola, quum labor a saeculi nostri genio videretur alienus. Tandem *Halae*

Halae a. 1771. *in* 8. protulit *biographische Nachrichten von den ieztlebenden Rechtsgelehrten in Deutschland.* Volumina sunt duo ordine alphabetico. In utriusque Praefatione Auctor copiosius agit de statu praesenti Litteraturae iuridicae apud Germanos. Emendationum ac Supplementorum suppeditat nonnihil *Selchovianum* Diarium (*iuristische Bibliothek*,) *Vol.* V. *pag.* 640.

Ibid. lin. ult. pro septem legatur nunc, *decem et quatuor. Gryphisw.* cet.

Pag. 1320. lin. 1. leg. 1763. edita cet.

Ibid. lin. 26. adnitar.) Factum id quodammodo est a. 1773. quo *Lipsiae in* 8. *mai.* prodierunt *Beyträge zur iuristischen Biographie.* Quilibet Tomus exhibet Partes II. Cum Tomo VI. a. 1780. finem imposui his laboribus ob causas in Praefatione memoratas. Ideoque nonnisi 170. circiter Ictorum vitas et scripta recensere licuit. De vita scriptisque eorum, qui maxime in iure publico I. R. G. inclaruerunt, concinne agitur, a PÜTTERO in *der Litteratur des Teutschen Staatsrechts*, de quo opere alibi.

Ibid. lin. 31. MEIBOMIVS) cuius Vitas illustrium Medicorum Lugduni Batavorum excudi, nimis mature scripserat GVIDO PATINVS anno 1660. Vid. eius *Lettres choisies*, *Tom.* II. *epist.* 223.

Pag. 1322. lin. antepenult. incepto.) Conf. FRID. BOERNERI *Relationes de libris physico - medicis, antiquis partim et raris*, *Fascic. I. pag.* 98.

Pag. 1327. lin. 8. chronologico) ad annum usque huius saeculi primum compositae, cet.

Pag. 1329. lin. 2. memini.) Adiungendus nunc his GEORGII MATTHIAE *Conspectus Historiae Medicorum chronologicus*; *Goettingae* a. 1761. in 8. editus. Incipit a saeculo XVII. post orbem conditum, et ad saeculum nostrum usque progreditur. Huius etiam libros Medicos una cum indice totius libri alphabetico

tico pollicitus est. Opus hoc praelectionibus potissimum Academicis inservire potest. Varia etiam de vitis meritisque Medicorum ex saeculis XV ac sequentibus congessit, imaginibus eorum, quae in numismatibus obviae sunt, adiectis, I. C. W MOEHSENIVS in *der Beschreibung einer Berlinischen Medaillensammlung, die vorzüglich aus Gedächtnismünzen berühmter Aerzte bestehet*, *Berol.* 1773. in 4. mai. Partem I. nescio, an altera, quam indixerat librarius, secuta fuerit.

Ibid lin. 35. leg. a. 1748. producta — insecutae.) Tomus II. quatuor saltim exhibet Partes, nec servavit in eo Auctor numerum, ut in priore. Post obitum eius continuandum laborem suscepit cel ERN. GODOFR. BALDINGERVS, annoque 1764. ad finem perductus est ab eodem Tomus III. *in 8.* quinque Partibus constans. Absoluto hoc opere laudatus *Baldingerus* edere coepit *Biographien ieztlebender Aerzte und Naturforscher*, cuius libri Pars *prior* edita est Ienae 1768. *altera* 769. *quarta* denique prodiit ibid. 772 in 8.

Pag. 1330. lin 8. Bartholinus.) Medicorum quorundam *Hungarorum* et *Transylvaniae* vitam et scripta STEPHAN. VESZPREMI, Physicus et Medicinae Doctor in civitate Debreczen, edidit Lipsiae a. 1774. in 8. *Succincta Medicorum Hungariae et Transylvaniae Biographia.* Vna est saltim centuria ex Auctoris adversariis excerpta, atque CAROL. ANDR BELII praefatione commendata. Ordo tractandi placuit alphabeticus. Vid. die *Leipzig. gelehrt. Zeitungen*, a. 1775. *pag.* 111.

Pag. 1333. lin. 20. *p. m.* 17.) Forte hunc libellum, vel potius editionem aliquanto recentiorem, ante oculos habuit CHRIST. HENRIC. HECHTIVS, auctorem tamen ignorans. Vid. eius notitia in den *Dresdner gelehrt. Anzeig.* a. 1771. *Part.* XXXIV. *pag.* 493.

Pag. 1337. lin. antepenult. Prolegomenis) (de Marino, de aetate, gente, magistris et successoribus

Procli, tum de septem generibus sive gradibus virtutum, quas in praeceptore suo laudat Marinus,) ac notis cet.

Pag. 1345. lin. 18. exhibito.) Maxime hoc usus est, auctore non illaudato R. HEATHKOTE in *Historia Astronomiae, Cantabrigiae* a. 1747. *in 8.*, de qua vid. *Supplementa ad Nova Acta Erudit. Tom.* VIII. *pag.* 15. *sequ.* Nuperrime *Weidleriano* libro addidit IOH. EPHR. SCHEIBELIVS *Bibliographiam astronomicam*, cuius Pars I. *Vratislaviae* a. 1784. *in* 8. evulgata est. Plura de labore hoc egregio memorantur in *den Göttingisch. Anzeig. v. gel. Sach.* 1784. Scid. CLXXII. p. 1725.

Ibid. lin. 27. *in 4.*) Accesserunt eiusdem *Rudimenta biographiae mathematicae* Sectionibus III. a. 1751. 1754. et 1755. nec non a. 1754. PAVLI HEIGELII, TOB. WIEDEBVRGII ac RVDOLPH. CHRIST. WAGNERI, *Profess. quondam in Acad. Iulia Mathemat. Memoriae, ead. forma.* De Mathematicis cet.

Pag. 1346. lin. 19. 363. sq.) Haec tamen non sine compluribus typothetae mendis excusa esse, frequens est virorum eruditorum querela. Praestant ergo editiones harum vitarum singulares. In ea, qua *Brahei* fata exponuntur, non pauca, nec immerito, reprehendit KOHLIVS in *Tomo* I. *der Hamburg. vermischt. Bibliothek, pag.* 1000. Non cet.

Ibid. lin. 33 459. *sq.*) Recentior etiam editio memoratur, *ibidem* a. 1753. *in fol.* ab Io. Bapt. Bossini repetita. De Euclide cet.

Pag. 1349. lin. 7. redolet.) Indic. vero rer. praecipuarum deesse, merito dolemus Neque contemnenda cet.

Ibid. lin. 12. *priore a.* 1669.) (Mea Editio prioris libri prodiit Torgae 1689.) altero a. 1675. cet.

Pag. 1352. lin. 27. 1561. *in* 12.) *in* 8. apud haeredes Gryphii.

Pag. 1354. lin. 21. 1645.) septem plagulis *in* 8. - Poetis - Latinis - nouantiquis. De paucis Poetis eru-

erudite agit, tandemque a pag. 81. usque ad finem varias subiungit eruditorum Epistolas sibi missas. Sed aeque nunc rara est haec Promulsis, ac Bibliotheca poetica, cuius exemplar, ipsius Auctoris manu emendatum et mirifice auctum ex adparatu primum librario Vffenbachiano, tum Wolfiano, transiit in Bibliothecam publicam Hamburgensis Senatus. Vid. WOLFII *Conspect. supellectilis epistol. et litterar. pag.* 280.

Ante hos tredecim annos universalem etiam Poetarum Biographiam sermone Germanico molitus est CHRISTIAN. HENRIC. SCHMIDIVS, iam Prof. Gissensis. Prodiit quippe *Lipsiae* a. 1769 *in* 8. eius *Biographie der Dichter*, quam Partem I. secuta est II. a. 1770. Plures non accesserunt. In utraque sermo est de quibusdam Graecis, Latinis, Anglis, Gallis, Germanis. Laudatur conatus ab his, culpatur ab illis. Interim tamen putarim, haud inutilem esse et iniucundam haud fore continuationem, si maxime clarissimus Auctor sollicitus foret de his posthac evitandis, quae Criticorum nonnulli monuerant. Caeterum continetur hoc in Opere, enarrata potissimum vita recentiorum poetarum. Duos priores laudari video Tomos, neque tamen praetermissis, quae carpi queant in iisdem, apud MEVSELIVM in *den Betrachtung. über die neuesten histor. Schriften, Volum,* I. *pag.* 32. et *Vol.* II. p. 257. *seq.*

Pag. 1355. lin. 13. Observationes) Hae et novae accesserunt editioni, quae *Basil.* a. 1766. *in* 8. prelo exiit. Versio cet.

Ibid. lin. 31. *in* 4.) plag. 25. Recenset cet.

Pag. 1356. lin. 18. repraesentat.) Postea eam operam continuavit. Rara est cet.

Ibid. lin. ult. duobus) loco *breviter tamen*, lege fusiore stilo — exhibuit cet.

Pag. 1357. lin. 18. enarratur.) Ita quidem sententiam dicere licebat ante quinquaginta fere annos.

 Nunc

Nunc autem longe meliora in promtu subsidia sunt, ideoque vix operae pretium erat Germanicam adornare interpretationem. Prodiit haec *Halae Magdeburg.* a. 1777. *in* 8 *mai.* Tomis II. haud exiguae molis cura CHRISTIAN. HENR. SCHMIDII, qui et adnotationes, nescio, an ubique bonas et necessarias, subiunxit.

Pag. 1358. lin. antepenult. *in* 8.) Vol. IV. et etiam cet.

Pag. 1359. lin. 15. emisit.) Altera editio a. 1714. successit. Novissime recusa sunt cet.

Ibid lin. 16: omnia haec) auctiora, et meliorem redacta in ordinem, post mortem CRESCIMBENI. *Venet.* cet.

Ibid. lin. 17. redigendis) Meum tamen exemplar tria exhibet. In Tomo vltimo pag. 213-282. Vita Auctoris cum scriptorum Catalogo legitur. Notitia cet.

Ibid. lin. 20. *p.* 44.) Ex Volumine II. VNZERVS, ante aliquot annos mortuus, Excerpta dedit Hannoverae a. 1774. *in* 8. qui libellus inscriptus est: *Nachrichten von den älteren erotischen Dichtern der Italiäner.* Maiori aestimatum plausu fuit IOH. NICOL. MEINHARDI opus, quod inscribitur, *Versuch über den Charakter und die Werke der besten Italiänischen Dichter*, cuius Partes II. *in* 8. *mai.* iterum prodiere *Brunsuigae* a. 1774. Post Auctoris obitum nimis praematurum dexterrime addidit celeb. IAGEMANNVS Partem III. ibidem eodemque anno.

De *Suecis* nunc prostant Dissertationes tres G. HENR. LIDENII, quarum priorem, praeside AVRIVILLIO a. 1764 *Vpsaliae* defendit. Inscribuntur: *Historiola litteraria Poetarum Suecanorum*, duaeque sequentes a 1767 successere. vid. *Götting. gel. Anzeigen*, 1765. p. 183 et 1767. p. 848.

De

De *Germanis* Poetis conferendum est scriptum I. T. PLANTII, cui titulus est: *Chronologischer, biographischer uud kritischer Entwurf einer Geschichte der Deutschen Dichter und Dichtkunst von den ältesten Zeiten an bis aufs Jahr* 1782. cuius *Pars* I. prodiit *Sedini* 1782. *in* 8. Huc quoque spectat SALOM. RANISCH. *Lebensbeschreibung Hans Sachsens, ehemals berühmten Meistersängers zu Nürnberg. Altenb* 1765. *in* 8.

Pag. 1361. ad finem § XXXIX. Merito hic addantur adhuc BERCKENHOVT *Biographia litteraria*, cuius Volumen I. prodiit *Londini* a. 1777. *in* 4. et THEOPH. CHRIST. HARLESII *Vitae Philologorum nostra aetate clarissimorum*, cuius Volumina IV. *Bremae* a. 1764-1772. prodierunt in lucem publicam

Pag. 1362. lin. 12. cognosci potest.) Sine dubio non pauca de Musicorum vitis dabit FORKELIVS in der *allgemeinen Geschichte der Music, von den ersten Jahren der Welt, bis auf gegenwärtige Zeiten*, quod nuper opus *Lipsiae* prelo subiectum est.

Pag. 1364. lin. 32. mereatur) Rarum nunc est Opus, nec facile recudi poterit, amissis tabulis aeneis. Vid. KOELERI *Anweisung für reisende Gelehrte*, pag. 190. Quae Felibien cet.

Pag. 1366. lin. 26. peperit) Nova editio, aucta non leviter et emendata *ibidem* a. 1762 in 8. Voluminibus quatuor successit. Eleganter, et stilo quidem IOH. IAC. VOLCKMANNI, V. C. Germanice redditum Opus, in hoc librorum genere inter praecipuos referendum, novisque additionibus atque emendationibus perpolitum, *Lipsiae* a. 1767. *sequ. in* 8. *mai.* Tomis IV. Praetermissae tamen sunt ibidem Pictorum imagines, in Gallica editione obviae, ne sumtus emtores deterrerent. Vid. die *neue Bibliothek der schönen Wissenschaften und freyen Künste, Vol.* V. pag. 146. et *Vol.* VI. *pag.* 339.

Ibid. lin. ult. quaesiveris.) Praeter alia huc spectat libellus satis elegans, qui inscribitur: *Historisch-critische Abhandlung über das Leben und die Kunstwerke des Mahlers Lucas Kranach. Hamb.* et *Lips.* 1761. *in* 8. *mai.*

Pag. 1367 lin. 4. Huc quoque pertinet Celeb. IOH. GEORG. MEVSELII *teutsches Künstler-Lexicon. Lemgoviae* a. 1778.

Ibid. lin. 22. Partibus III. in 4.) Nunc aliam accepimus ex *Portu Liburno* et *Florentiae* a. 1767. Tomis VII. *in* 4. quorum postremus a. 1772. prelo exiit. Splendidius factum Opus centum et sexaginta tabulis aeri incisis. Editor fuit TOMASIVS GENTILI, Pictor Florentinus, qui non BOTTARI tantum Observationes, sed plures etiam novas binorum virorum, artis huius peritissimorum, adiecit. Si vera sunt cet.

Pag. 1368. lin 24. *e dello Stato* caet.) Laudatur etiam insigne volumen GIROLAMO ZANETTI *della Pittura Veneziana e delle opere publiche de Veneziani Maestri. Venetiis*, 1771, *in* 8. *mai.* ubi varia de vita meritisque Pictorum Venetorum, inde a saeculo XIII. ad nostram usque aetatem occurrunt. Recensio ampla huius Operis legitur in GATTERERI *histor. Iournal*, *Part.* I. *pag.* 205-218 Architectorum vero et Sculptorum eiusdem gentis, saeculo XVI. celebrium, Vitas lingua patria *Venetiis* a. 1778. *in* 4. *mai.* edidit THOMAS TEMANZA, qui *Vasaro* non est inferior. Vid. celeb. IAGEMANNI *Magazin der Italiän. Litteratur*, *Volum.* I. *pag.* 256. De Genuensibus cet.

Pag. 1370. lin. 1. VELASCO.) Germanica nuper interpretatio *Dresdae* 1781. in 8. fuit exhibita.

Ibid. lin. penult pervenit,) iamque a. 1760. Tomum III. edidit, in quo filum ipsius usque ad annum 1659. deductum est. Belgas cet.

Pag.

Pag. 1371. lin. 20. p. 125. ſq.) *Abregé de la vie de Peintres, dont les Tableaux composent la Gallerie Electorale de Dresde*, caet. Dreſdae 1782. in 8. de cet.

Ibid. lin. ult. exhibuerunt.) Caeterum libellum hunc eſſe inſignis raritatis, teſtantur praeter alios IOH. VOGTIVS in *Catalogo librorum rariorum pag. m.* 26. et BAVMGARTENIVS in *Nachrichten von merkwürd. Büchern, Tom.* IX. *Part.* 50. *pag.* 152.

Pag. 1372. lin. 6 p. 729. ſq.) et BAVMGARTEN. *loc. cit. pag.* 150-154.

Pag. 1373. lin. 6. p. 68.) Icones bibliopolarum ac typographorum de re publica litteraria bene meritorum ab incunabulis typographiae ad noſtra uſque tempora *Norimberg.* et *Altorfi* a. 1726. *ſq. in fol.* accepimus cura FRID. ROTH-SCHOLTZII. Sunt *Partes III.* quarum poſtrema a. 1742. eſt abſoluta.

Ibid. lin. 11. adferuntur) Huc ſpectat liber Gallice editus, *la vie d'Etienne Dolet, Imprimeur à Lyon, Pariſiis* a. 1779 *in* 8. *mai.*

Ibid. ſub finem §. XL.) Caeterum miror, cur ad hoc uſque tempus nemo Bibliopolarum, qui Typographi non fuere, doctrina tamen ac ſcriptis celebre nomen, et olim, et hodie, conſecuti ſunt, vitas accuratius deſcripſerit. Inter tales quidem viros praecipuo digni eſſent loco FRIDER. NICOLAI, SAL. GESNER, IO. THEOPH. IMAN. BREITKOPFF, aliique eruditi bibliopolae.

Pag. 1382. lin. 15. leguntur.) ANGELI FABRONII *Vitae Italorum doctrina excellentium, qui ſaeculo XVIII. floruerunt, Rom.* a. 1766. uſque ad a. 1783. *in* 8. prodierunt. Decadibus decem, totidemque Voluminibus ſtilo eleganti exaratae ſunt. Pars quinta *Florentiae*, reliquae inde ab a. 1780. *Piſis* prelo exiere. In Volumine ſeptimo exſtat vita Ioſeph. Aueranii; in Volumine X. vita Iohannis Vincentii Gravinae, Ictorum clariſſimorum: varii etiam Hiſtorici paſſim occur-

 runt.

runt. Plura de hoc opere iam supra ad pag. 1126. notavi, quae hic denuo conferenda sunt.

Pag 1388. ad finem §. XLI. p. 829.) Addantur FILIAE FRID SCHMERSAHLII *Zuverläſſige Nachrichten von iüngſtverſtorbenenen Gelehrten*, quae Voluminibus II. in 8., quolibet ex Partibus IV. composito, *Cellis* a. 1748. prodiere, eiusdemque *Neue Nachrichten von iüngſtverſtorbenen Gelehrten*, *Lipſ.* 1754. in 8. *duobus* itidem *Voluminibus*, Auctoris probant industriam. Sed praestantior foret hic labor, si vir bonus multa ad rem parum spectantia, neglexisset. His addantur: PAVLI A STETTEN iunioris *Lebensbeſchreibungen zur Erweckung und Unterhaltung bürgerlicher Tugend*, quarum Partes duae prodierunt *Auguſtae Vindelic.* 1778. 1782. in 8. et ANTON. FRID. BVESCHINGII *Beyträge zur Lebensgeſchichte denkwürdiger Perſonen, inſonderheit gelehrter Männer*, cuius egregii libri *Pars* I. *Halae* 1783. *Pars* II. *ibid.* 1784. divulgata est. Huc quoque spectant, ut alia omittam, FORMEY la France *litteraire*, de quo opere iam dixi supra pag. 1203 GEORG. CHRISTOPH. HAMBERGERI *Gelehrtes Deutſchland oder Lexicon der ieztlebenden Deutſchen Schriftſteller.* Prima huius praestantissimi operis editio *Göttingae* a. 1767. *in* 8. prodiit, quam mox secutae sunt a. 1768. et 1770 duae accessiones. *Altera* a. 1772. *in* 8. *ibid.* successit. Mortuo sequentis anni initio Auctore, totum hoc negotium ad celeb. IOH GEORG MEVSELIVM, Erfordiae tunc commorantem, transiit, cuius opera laudabili supplementa a. 1774. in 8 prodierunt. Idem a. 1776. *in* 8. *mai.* editionem tertiam exhibuit, quae, ut facili negotio intelligi potest, priores longo post se intervallo reliquit. Idem addidit *ibid.* a. 1778. nova Supplementa ad hanc tertiam editionem, eaque satis copiosa. *Quarta* editio *quatuor* Partibus constans *Lipſiae* a. 1783. *in* 8. *mai.* producta est, quae egregias accessiones et emen-

emendationes quam plurimas prae se fert. Huc quoque pertinent *der Erlangische academische und scholastische Addreß-Calender*, qui adhuc continuatur, et FRID. ECKARDI *litterarisches Handbuch der bekannten höheren Lehr-Anstalten oder Fortsetzung der academischen Nachrichten*, cuius Operis *Pars* I. prodiit *Erlangae* a. 1780. in 8. II. 1783. *ead. forma.*

Ibid. lin. 25 in 12.) Nova editio GEORG. THEODOR. STROBELII, viri de iis, quae ad Melanchtonem pertinent, praeclare meriti atque in hoc litteraturae genere versatissimi, cum praefatione celeb. D. IOH. AVGVST. NOESSELTI *Halae Mageb.* a. 1778. in 8. mai. prelum reliquit, quae STROBELII praeclaris animadversionibus est ornata et omnium priorum est optima.

Pag. 1389. lin. 3. exstat.) Eum certe in historia saeculi XVI. ecclesiastica fontem esse quendam et maximi momenti, peritiores haud ignorant.

Pag. 1393. lin. 3. instructa.) Interpretatio tamen meliorem scriptorem desiderat.

Ibid. lin. 5. opinione.) Idem *de* BVRIGNY Gallico sermone praeclaraque opera exposuit *Desiderii Erasmi Roterodami* vitam, quae emendatior et auctior ab HENR. PHIL. CONRAD. HENKIO facta Partibus duabus, interprete *Reichio* Germanice Halae et Helmstadii a. 1782. *in 8.* prodiit ac plausu publico excepta fuit. Huc addantur, IOH. DAN. HERRNSCHMIDII *vita Mart. Lutheri*, Halae *Magdeb.* 1742. in 8. latine et germanice edita: GEORG. ERNEST. WALDAV *Nachrichten von Hieron. Emsers Leben und Schriften.* Onoldi 1783. PHILIPPI A LIMBORCH *Historia vitae Simonis Episcopii*, *Amst.* 1701. *in 8 mai.* IOH. MAVRITII SCHWAGERI *Leben, Meinungen und Schiksale Balthasar Bekkers, meist aus kirchlichen Urkunden*, qui liber cum praefatione V. S. V. IO. SAL. SEMLERI editus est, *Lipsiae* a. 1780. 8. Neque omittenda est descriptio

vitae Comitis *Nicolai Ludovici de Zinzendorf*, quam octo partibus AVGVST. GOTTLIEB SPANGENBERGIVS anno 1775. *in 8.* exhibuit, cui denique, ut alias Biographias omittam, addas *Albert Hardenbergs geführtes Lehramt und dessen nächste Folgen. Bremae* 1779. *in 8.*

Pag. 1394. lin. penult. miraculosa.) *Godofr. Guil. a Leibnitz* Vitam, ex IOH. GE. ECCARDI schedis manuscriptis, ac LVDOVICI Historia *Philosophiae Leibnitianae*, praecipue compositam, Germanico sermone *Berol.* a. 1740. *in 4. min.* edidit LAMPRECHTVS. Huic Opusculo *Monasterii* a. 1783. *in* 8. successit MICH. HISSMANNI *Versuch über das Leben des Freyherrn von Leibnitz.*

Pag. 1395. lin. 25. *in 8.*) In recensione scriptorum, maiorem etiam diligentiam desideravi. Cum hoc autem libello coniungi omnino debet praefatio CAROLI GOTTLIEB KNORRII praefixa, Halae 1752. ipsius *Rechtlichen Ammerkungen*, ubi pro libertate academica non pauca disseruit, quae Ludewigium penitius cognoscendum praebent. Propter querelas heredum autem, haec ipsa praefatio prohibita fuit, rescripto regio, anno 1752. cuius copiam exemplari meo adiunxi, quod forte inter rariora referendum est. Commendari etiam prae caeteris debet Vita *Christiani Wolfii*, Philosophi ac Mathematici Halensis celeberrimi a IOH. CHRIST. GOTTSCHEDIO *Halae Magdeb.* a. 1755. *in 4. mai.* Germanice edita, tituloque *einer historischen Lobschrift* insignita. Non quidem integram vitam, potiora tamen, quae ad fata moresque *Ioh. Mathiae Gesneri* pertinent, eleganti stilo notavit Amicus carissimus, IOH. NICOL NICLASIVS in Epistola copiosa *ad Eyringium Götting.* a. 1769. *in 8.* excusa.

Pag. 1396. lin. 5. posset.) Neque tamen silentio praetermittere possum *anno* 1774. *Lipsiae in 8.* editam

Ger-

Germanica lingua vitam egregii hominis, Cel. CHRIST. FÜRCHTEG. GELLERTI, quae merita Auctoris summi, IOH. ANDR. CRAMERI, mirifice amplificavit. Subiungo huic *das Leben und Charakter — D. Ioh. Georg Walchs. Jenae* 1777. *in* 4. *mai.* Vita *Ioh. August. Ernestii*, viri immortalis enarratur egregie in *Memoria* huius Viri Academiae Lipsiensis nomine publicata *Lipsiae* a. 1783. *in fol.* cui iungatur scriptum germanicum celeb. GVIL. ABRAH. TELLERI *Ernesti's Verdienste um die Theologie und Religion. Berolini* 1783. *in* 8. *mai.* cui scripto postea Celeb. IOH. SALOM. SEMLERI supplementa *Halae* eod. anno et eadem forma edita successerunt. Praeter descriptionem vitarum *Ioh. Ern. Imman. Walchii*, germanice ab Clariss. IVST. CHRISTIAN. HENNINGSIO editam, Ienae 1780. in 8. mai. SCHVBARTI *Leben des Freyherrn von Ickstatt, Vlmae* a. 1776. *in* 8. qui libellus, si lectores stilum ineptum tolerare possint, multa singularia continet; et IOH. CHRISTOPH. TSCHIRPII *Leben und Charakter D. Ioh. Casp. Heimburgs, Ienae* 1774. *in* 8. *mai.* Commentarium subiungo de vita et rebus gestis *Bessarionis*, Cardinalis, *Romae* a. 1774. *in* 4. Auctor eodem anno vivis ereptus, est LVDOV. BANDINI. Addo his, qui nuperrime in manus meas inciderunt, libellos binos, non sine voluptate lectos. Alter auctorem habet celeb. PÜTTMANNVM, cuius memoria *Gottfrid. Mascovii Lipsiae* a. 1771. *in* 8. *mai.* prodiit: alter sermone Germanico ex CAROLI RENATI HAVSENII calamo fluxit, et *Halae Magdeburg.* anno sequenti ead. forma typis impressus est, hoc titulo: *Leben und Charakter Herrn Christian Adolph Klotzens.*

Pag. 1397. lin. 26. *Tiguri* a. 1605.) Nactus sum alteram editionem Tigurinam a. 1615. in 8. — — Peucerus egit.) Repetita editio Tigurina de a. 1615. modo memorata est priori correctior.

Pag.

Pag. 1399. lin. 5. 1718. in 12.) quae iam rarius occurrit editio, et Lipſ. cet.

Pag. 1401. lin. 24. His addantur EDVARDI HERBERTI DE CHERBVRY Vita ipſius calamo conſcripta, *Londini* ſermone Anglico a. 1764. iterumque a. 1770. *in* 4. editore HORATIO WALPOLE prodiit. Vid. GATTERERI *hiſtoriſch. Journal*, *Part.* V. *pag.* 70. Res lectu digniſſimas continet quoque IOHANN IACOB MOSERS *Lebensgeſchichte von ihm ſelbſt beſchrieben.* Prima editio ſtatim *Monachii* furtive repetita prodiit a. 1768. *in* 8. *tertia* vero valde aucta et continuata, *Francof.* et *Lipſiae* a. 1777. Partibus III His acceſſit *Caſſellis* a. 1768. *in* 8. *ausführliche Lebensbeſchreibung D.* CHRISTOPH. AVGVST HEVMANNS. Liber lectu iucundus, ex ſchedis ipſius aliisque documentis fide dignis compoſitus ſtudio GEORG. ANDR. CASSII. Vir celeb. IOH. SALOMO SEMLERVS *Halae* a. 1781. et 1782. *in* 8. *mai.* edidit germanico ſermone Partem I. ac II. vitae a ſeipſo candide deſcriptae, quae abundat rerum varietate, et magnum Partis *tertiae* excitat deſiderium. Complura etiam, et ea quidem admodum ſingularia, IOH. IACOBI REISKII Vita ſuppeditat, ab eo ipſo Germanice itidem conſcripta, et a. 1783. *in* 8 *Lipſiae* uxoris doctiſſimae ſtudio exhibita. Vid. *Goetting gel. Anzeig.* a. 1784. *Scid.* XXIV. pag. 234 ſeq.

Pag. 1402. lin. 29. leg. a. 1573. in fol. prelo exierunt.

Pag 1403. lin. 8. p. m. 202.) Conf. IOH. DAV. WOLFII *gelehrtes Schleſien*, *Vratiſlav.* 1763. in 4. *Part.* I. *Sect* I *art.* 1.

Ibid. lin. 18. reperiri,) conſpectus libri docet. Sequentia verba, MEIBEMIVS — 161 deleantur.

Pag. 1405. lin 24. MENCII) In Exemplari meo ſcribitur Mentzius et Mencius.

Pag. 1406. lin. 24. loco: 1622. leg. a. 1624. *in* 8.

Ibid.

Ibid. lin. 25. publicavit.) Sed non adeo multa, quae ad homines eruditos referri queant, ibidem reperiuntur. Continuatus cet.

Pag. 1409. lin. 17. fuerunt.) Prior editio rarissima dicitur, et non castrata in DAVID. CLEMENT *Catalogo librorum*, pag. 33. num. 125.

Pag. 1410. lin. 12. *illum quisquis sit*) Haec mihi videntnr non emendanda.

Pag. 1416. lin. 27. p. 317.) usque ad pag. 361. Lectu cet.

Pag. 1417. lin. 7 in 8.) Ibid. a. 1759. *in* 4. denuo prodiit. Vid. *Götting. gel. Anzeig.* 1760. *pag.* 368.

Pag. 1425. lin. 17. Partibus XII.) Pars XIII. eademque postrema successit a. 1716 teste *Catalogo Bibliothecae Richeianae*, *Part.* III. *pag.* 717. num. 22.

Pag. 1426. ad finem §. II.) Ex recentissimis scriptoribus, qui generatim ad formandam notitiam librorum spectant, huc addantur. *M. Denis Grundriß der Litterair - Geschichte. Vindobonae* a. 1774. *in* 8. *Eiusd. Einleitung in die Bücherkunde*, quod Opus *ibid.* a. 1777. 1778. prodiit *in* 4. *mai.* et duabus Partibus constat: IEREM. NICOL. EYRINGII *litterarischer Allmanach der Deutschen aufs Jahr* 1775 - 1777. *Göttingae*, a. 1776. *in* 8. *mai.*

Pag. 1428. lin. 16. 17. postea *Helmstadii*) (Mea ibidem editio prodiit a. 1655. et dicitur altera.

Pag. 1429. lin. 5. 6. latinam versionem — *Amstelod.* a. 1681. *in* 4) Mea prodiit Franequerae a. 1698.

Pag. 1430. lin. antepenult. successit,) una cum ipso, quod recusum fuit, Opere. Sed huius editionem priorem multo meliorem adpellat LILIENTHALIVS in *der theologischen Bibliothek Volum.* I. pag. 12.

Pag. 1431. lin. 31. deleatur e. g. Rostochii, et legatur: Sic eo ipso statim anno cum Anonymus *Rostochii in* 8. aliquot cet.

Ibid.

Ibid. lin. 34. exaratas;) tum alius, sub litteris H. B. latens, unica plagula octupla edidit *Trigam animadversionum ad Catalogum Bibliothecae theol. Reimmannianae; Sam.* etiam Waltherus cet.

Pag. 1432. lin. 15. *p.* 837. *sq.*) Tomus Reimmannianae Bibliothecae II. *ibidem* a. 1739. evulgatus, ad historiam litterariam pertinet.

Pag. 1433. lin. 3. leg. 1757. et seqq. *Ienae in* 8. cet.

Ibid. lin. 7. statuendum.) Opus hoc egregium prodiit quatuor Tomis Ienae ab a. 1757. usque ad a. 1765. in 8. maiori, quibus successit postea a. 1770. *Bibliotheca* eiusdem Viri *Patristica*, eadem forma.

Ibid. ad finem §. III.) Huc addantur omnino IOH. CHRISTOPH. KOECHERI *Conspectus Theologiae universae. Guelpherbyti*, 1749. *in* 8. IOH. AVGVST. NOESSELTI *Anweisung zur Kentniß der besten allgemeineren Bücher in allen Theilen der Theologie.* Lipsiae 1780. in 8. DAVID. GOTTLIEB. NIEMEIERI *Predigerbibliothek oder beschreibendes Verzeichniß der brauchbarsten Schriftsteller für Prediger und künftige Geistliche.* Halae a. 1782 — 1784. in 8. mai. quod Opus tribus Partibus absolvitur. Huc quoque spectant supra memorati EYRINGII *litterarische Annalen der Gottesgelahrheit auf die Jahre* 1778 - 1780. *Norimb.* 1782. *in* 8. quod Opus laudabile adhuc, quantum scio, continuatur.

Ibid. lin. 19. Dicit is) quandoque — — commendaturque — — Gallorum: neque tamen hodie talium studiorum cupido faciet satis. Conf. cet.

Pag. 1435. lin. 4. haud indigna.) Quae nunc sentiat ipse HOMMELIVS de hoc aliisque nonnullis laboribus suis, haec eius verba satis perspicue docent: *Ab ipso quidem*, ait, *auctore*, *sed nimis pueriliter et festinanter scripta sunt*, *ut scripta esse nolit. Quam ob*

rem

rem se iis solemniter abdicat rogatque, ne quis haec porro inter Opuscula sua velit numerare. Vid. *Notitia librorum* eius, Orationi *de iure arlequinizante, a. 1761. in* 8. adiecta. Neque refutare ausim, quae lego in NETTELBLADTII *Hällischen Beyträgen zur iuristischen Gelehrten Historie, Vol.* III. *pag.* 579. Verba haec sunt: *Was Stolle in seiner längst erwarteten Einleitung zur Historie der iuristischen Gelahrheit endlich 1745. lieferte, ist aufs höchste eine Anleitung zur Bibliographie, die etwas weniges von einer wissenschaftlichen Gestalt hat, und man hätte dieses Buch, nachdem man die neuen Ausgaben von Struvens Bibliotheca iuridica erhalten, ohne merklichen Schaden der iuristischen gelehrten Historie entbehren können.* Cet.

Pag. 1437. lin. 11. tribuendus.) Haec ita sunt mutanda. Hic labor IOH. GEORG. CRAMERO Icto satis celebri tribuendus est, qui adhibuit forsitan ad hoc negotium schedas a *Schuberto* relictas: Lunigio cet.

Ibid. lin. 18. relatum lego.) Atque has quidem schedas adhibuisse videtur, suisque Observationibus auxisse, Editor *Corporis Iuris Feudalis Lunigiani*, IOH. GE. CRAMERVS, Vir clarissimus. Non parum etiam est pretii statuendum Icti hoc in studiorum genere versatissimi, perillustris *a* SENCKENBERG brevi *Notitiae optimorum Auctorum* (Ius Feudale exponentium) *imprimis systematicorum*, quae Cap. VI. explet *Prodromi Iuris Feudalis*, Syntagmati GEORG. ADAM. STRVVII ab eo ipso adiecti *anno* 1734. *in* 4. Pergamus ad Ius cet.

Pag. 1440. lin. 4. recusam.) Conf. LVDEWIGII *Singularia Iuris publici. Halae* 1730. *in* 8. ubi *pag.* 18. *seq.* occurrunt *Censoriae classes Auctorum Iuris publici.* Eos cet.

Ibid. ad fin. §. IV.) Merito hic etiam locum occupat Celeb. IOH. STEPH. PÜTTERI *Litteratur des*

Teut-

Teutschen Staats-Rechts, cuius *Pars* I. a. 1776. *Pars* II. 1781. *Göttingae in* 8 *mai.* divulgata est, *Pars* III. a. 1783. finem Operi imposuit. Non pauca de libris iuris publici eorumque auctoribus iudicia observabit Lector maxime in Parte priori.

Pag. 1442. lin. 8. profiteor.) Nova Operis *Conringiani* editio, longe auctior a LAVRENTIO HEISTERO aliquando promissa, non adspexit lucem.

Ibid. ad finem §. V.) CAROL. etiam LINNAEVS in *Diss. Vpsal* 1759. in 4. excusa atque *Auctores botanici* inscripta, viros eruditos 281. numero recenset ac diiudicat, qui scriptis de re botanica bene sunt meriti. Inter eos, ex omnibus Europae regionibus delectos, sunt quoque nonnullae mulieres. De plerorumque in rem *anatomicam* meritis aequum satis tulisse iudicium ANDR. OTTOMAR GOELICKE in *Historia litteraria Anatomes*, *Francof* ad *Viadr.* a. 1738. in 4. edita confirmatur in *Supplementis ad Nova Acta Erud. Lips. Tomo* VII. *pag* 469 Omnibus Bibliothecis medicis palmam praeripuisse ALBERTVM HALLERVM in libris iam supra ad pag 100. Tomi I. huius Operis memoratis, satis inter omnes constat.

Pag. 1443. lin. 11. totidem.) Germanica interpretatio *Vindobonae* et *Lipsiae* a. 1768. *in* 8. hoc titulo prodiit: *Betrachtungen über die Beredsamkeit*, *Dichtkunst*, *Geschichte und Weltweisheit*, *mit Urtheilen über die Schriftsteller.* Exacte cet.

Pag. 1447. lin. 20 leg Imperantium p. 2.

Pag. 1449. lin. 21. posuit.) Idem fecit FERD. FRID. *a* NICOLAI, vir belli reique militaris peritissimus, qui saepius iudicium suum de scriptis ad hoc argumentum spectantibus, maxime recentioris aetatis subiunxit in *den Nachrichten von alten und neuen Kriegsbüchern, welche den Feld- und Festungskrieg entweder abhandeln oder erläutern*, qui libellus sex plagularum prodiit *Stuttgardiae* a. 1765. *in* 8. *mai.*

Pag.

Pag. 1453. lin. 13. *p* 358.) Nuper demum in *Commercio epistolico Leibnitiano*, quod IOH. DAN. GRUBERUS a. 1745. *in* 8. edidit, *Part.* II. *pag.* 930. seq. et 936. animadverti, Boineburgium magno recensere numero libros politicos, eosdemque censurae subiicere.

Ibid. lin. 28. p. 489.) In editione tertia a. 1725. Tomo I. adiecta haec notitia, et quidem non emendatior tantum, sed et copiosior, usque ad eum annum. Idem cet.

Pag. 1454. ad finem §. VI.) Nunc singulare Diarium *Vratislaviae* a. 1769. adornari coeptum est, quod inscribitur: *Einleitung zur mathematischen Bücherkenntniß.* In Parte I. Auctor, quem esse SCHEIBELIUM novi, promittit, WEIDLERI exemplo, Bibliographiam chronologicam omnium disciplinarum mathematicarum, integrae aliquando Bibliothecae inservituram, idque deinceps egregie praestitit. Postea vero varios libros et antiquos et recentiores, atque inter hos MONTUCLAE Opus, modo laudatum, diligenter adcurateque recenset. Pars XII. huius Diarii a. 1781. prodiit. Volumen quodlibet complectitur Partes VI. Anno 1781. ibidem recusum est Volumen I. at nil mutatum praeter errores typothetae correctos.

Subiungere hoc etiam loco licebit GEORG. HENR. ZINCKII *Cameralisten Bibliothek*, cuius libri Partes IV. *Lipsiae* a. 1751. et 1752. excusae fuerunt. Libros auctor ad rem spectantes sub certa redegit capita, breviterque indicavit, quale iisdem fit pretium statuendum. Conf. *die Leipz. gel. Zeitungen*, a. 1751. *pag.* 502. seq.

Pag. 1457. lin. 21. adcommodata.) Postrema, quantum ego quidem sciam, editio *a.* 1772. *ibid. Vol.* XIV. *in 12.* curante DRUETIO varie correcta et aucta est. Sed non pauca scripta historica temere neglecta,

glecta, desiderantur, ne quid dicam de erroribus in hoc opere, satis crassis. Novam cet.

Ibid. lin. 31. innotuere.) Quinta, eademque ultima, frustra nunc exspectatur, editore a. 1777. vivis erepto. Ni fallor, catalogum historicum, longe auctiorem, in ea ipsa exhibere volebat. Plurima cet.

Pag. 1458. lin. 1. p. 466. sq.) *Italicam* versionem cura IOH. COLETI *Venetiis* a. 1716. et 1726. in 8. Tomis II. aliamque, secundum recentiorem editionem Gallicam, *ibidem a.* 1740. *in 8.* Voluminibus octo, itemque *Anglicam*, interprete RICH. RAWLINSONIO prodiisse, didici ex MEVSELII *Bibliothec. historic. Tom.* I. *pag.* 10.

Pag. 1466. lin. 27. loco 1739. *Hamb.* a. 1729. legatur

Pag. 1471. lin. 33. a. 1728.) Ex *Actis Erudit. Latin.* a. 1728. pag. 527. perspicitur, novam huius dissertationis, eandemque longe auctiorem, editionem promissam esse a Collegis Societatis Germanicae Lipsiensis. At consilium exitu caruit. Merebatur interim hic labor novas curas. REIMMANNVS enim *loc. cit.* recte scribit, NEVMEISTERVM vix annorum quatuor ac viginti iuuenem alicubi concise nimis, alicubi propter acuminis adfectationem subobscure animi sui sensa aperuisse. — Anno 1782. *Berolini in 8.* accepimus *Charactere deutscher Dichter und Prosaisten*, Voluminibus II. Auctor, qui nomen suum non praeposuit, KÜTTNERVS est, isque initium capit a temporibus Caroli magni, et praeter iudicia de Poetis, paucis etiam de vitis eorundem disserit. Plausum utique meruit hic eruditi viri conatus, ab eruditis existimatoribus ipsi tributum. Cf. REIMMANNI cet.

Pag.

Pag. 1473. lin. 31. adficiatque.) De BRETIGNY *Vies des anciens Orateurs Grecs* repete, si placet, supra dicta Cap. VII. §. 39. in fine. Quid boni cet.

Pag 1474. lin. 2. scio.) Postquam haec diu scripseram, recensio eius occurrit mihi in *dem neuen Büchersaal*, *Volum.* I. *pag.* 405. *seq.* ubi ostenditur, GOEPELIVM parum feliciter partes egisse suas. Meliora sine cet.

Pag. 1475. lin. 6. *p* 657. *seq*) Msta latet adhuc CHRISTIANI GRAEZII, Iuris quondam in Gymnasio Servestano Professoris, urbisque Consulis, qui a. 1749. vitam cum morte commutavit, *Notitia et censura veterum ac recentiorum Rhetorum, Oratorum, aliorumque Auctorum, ad solidam eruditionem et stilum cultiorem pertinentium, cui variae observationes et excerpta inseruntur.* Vberius hocce Tomorum II. Opus cognosci potest ex IOH ANDR. FABRICII *critischen Bibliothek*, *Volum.* III. *Part.* VI. *pag.* 508. usque ad pag. 522. cuius observationis auctor est IOH. GOTTL. GVIL. DVNCKELIVS. Restant cet

Pag. 1476. lin. 1. *Lexicis*) *Latinis* et *Graecis* partem facit a. *pag.* 41. usque ad *pag.* 68. *Analectorum* cet.

Pag. 1477. lin. 20. sententiam) at ieiune saepius, dixit cet.

Pag. 1478. lin. 15. praeter priorem,) et haec prodiit *Lugd Batav* 1597. Eadem repetita est *Oxonii* 1699. auctior.

Pag. 1479. lin. 7. *Parte* XVI. *et* XVII.) Caeterum adhuc observari meretur, tres *Crenianorum Animadversionum* Partes, quae forte non satis emtorum invenerant, a Waesbergiis Amstelodami a. 1711 pro novis mercibus dolose extrusas fuisse titulo; *Commentationum philolog et historicarum in varios Auctores et editiones*, quarum itidem *tres* Partes exhibuerunt. Sic e. g. *Pars* Animadversionum *nona* hic est *secunda.*

 Facile

Facile igitur decipi poteſt, qui mutationis huius rationem ignorat. Philologos cet.

Pag. 1482. lin. 16 Lectorem.) CAMVSATVM libelli auctorem pronunciaverat D' ARTIGNY in *Mémoires d' Hiſtoire, de Critique* cet. Tom. I. p 298. Sed in Additionibus, *Tomo* III. praemiſſis, *pag.* 15. mutavit ſententiam, et BOSCHEROVIO laborem omnem tribuit. *Caſauboniana* cet.

Pag. 1491. lin. 30. prodierunt) loco ibidem lege *Lugd Batav.* 1668.

Pag. 1492. lin. 8. cuius et notae) deleatur *adjectae* et pergatur: interſperſae ſiglis T.FA. diſtinct. itemq. cet.

Ibid. lin. 11. *a.* 1670.) plagulis ſeptem, ſed in hoc exemplari, quo ego utor, *Scaligerana altera*, deſiderantur. Cur prima vocaverit cet.

Ibid. lin 24. omnia) ut in prioribus, ordine alphabetico cet.

P. 1495. lin. 28. ſcriptorum) Scripſit NICERONIVS in *Mémoires* Tom. III. *pag.* 218. de his *Valeſianis* ſequentia: *Ce récueil contient principalément des rémarques ſur l' hiſtoire des particularités de la vie des certaines perſonnes, et des corrections et explications des paſſages de quelques anciens Auteurs, auec quelques bons mots.* Caeterum *Rémarques ſur le Valeſiana* exſtant dans *le Ducatiana*, quod perhibet idem *loc. cit.* pag. 351. ſeq.

Pag. 1496 ad finem §. IX.) Titulo quidem diverſae ſunt, at re ipſa congruunt cum eiuſmodi libris *Anecdotes littéraires, ou Hiſtoire de ce, qui eſt arrivé de plus ſingulier, et de plus intérreſſant aux Ecrivains François, dépuis le rénouvellement des Lettres ſous François I. iusqu' à nos jours.* De quo Tomorum II. Opere, *Pariſ.* a. 1750. *in 12. mai.* evulgato, vid. *die Leipzig. gel. Zeitung.* a 1750. pag. 810.

Pag. ead. lin. antepenult. *p. 287. ſq.*) Cfer. etiam, quae *Tomo* III. in Additionibus pag. 13 - 17. de hoc argumento dicta fuere. Certum eſt cet.

Pag.

Pag. 1497. ad finem §. X.) Integram nunc ſpemus IOH. BERN. MICHALTI Bibliothecam librorum in Ana; qua de re ſic ſcribit FORMEY in *France littéraire p. m.* 239. *Il a fait beaucoup de récherches pour une Bibliothéque hiſtorique et critique des Livres en* Ana.

Pag. 1499. lin. 11. p. 820) itemque KRAVSII *Umſtändliche Bücherhiſtorie*, Part. II. artic. 6. ubi hoc ipſum clare docetur. Quae quum ita ſint cet.

Pag. 1506. lin. 16. *dicatis*,) quae tamen inſcriptionis magis, quam iuſtae Diſſertationis, formam habet: adeo leuiter eſt exarata. Nec SANDERI labor noſtra aetate praecipuo plauſu dignus videtur.

Ibid. lin. ult. ambulat.) In relatione de Matth. Colero, Iↄto quondam Ienenſi, expilaſſe eundem ſcrinia ZEVMERI, qui *Vitas Profeſſorum Ienenſium* ſcripſit, indicant *Nova Ienenſ. litteraria* a. 1740. *m. Sept. pag.* 410.

Pag. 1509. lin. 5. p. 588.) In *Iournal des Savans, Tomo* 158. *m. Jul.* 1751. p. 278. *edit. Amſtelod.* hoc iudicium, ſane mitiſſimum, legi: *Le titre et le goût de ce livre ſentent le tems de nos Péres. Beaucoup de minuties, et de noms obſcurs.* Nimium ſane laboris, parum iudicii, hoc prae ſe ferre Opuſculum, vel pueri obſervabunt.

Pag. 1511 deleantur ultima verba §. XII. Integram nunc ſequ. quae referantur uſque ad finem §. eiuſd.

Ibid. lin. antepenult. diſſeritur.) Multa tamen, ut verum profitear, allotria, ſine iudicio ac delectu conſarcinata, obſervabunt Lectores. Nihil dicam de plurimis et Auctoris, et typothetae erroribus. Acceſſit cet.

Pag. 1514. lin. 26. *Theatro* PLACCII.) Eundem commiſit errorem NICERONIVS in *Mémoires pour ſervir à l' hiſtoire des hommes illuſtres*, Tomo XXIV. pag. 104. edit Gall. rectius tamen obſervat, poſtumum eſſe libellum dolendumque ſaltim, eum tot mendis

 ſcatere

ſcatere typographicis, quum inter optima Auctoris et utiliſſima ſcripta ſit referendus.) Is enim cet.

Pag. 1516. lin. 27. ſcriptum) ab Auctore pluribus in locis locupletatum, quod vel §. 25. docet apud cet.

Pag. 1517. lin. 11. *in 8.*) neque tamen inter ſe differunt Nonnullae tantum centuriae forma maiori ſunt excuſae, ut cum ipſo PLACCII Opere queant compingi. Ego cet.

Pag 1518. lin. 24. calculo.) Efficiunt haec Hiſtoriam litterariam *arcanam*, quo de argumento ſcripſit nonnihil IOH. ANDR. FABRICIVS. Vid. *die critiſche Bibliothek, Volum.* III. *Part.* IV. *pag.* 275. *ſeq.* Enumerari cet.

Pag. 1524. lin. 4. nullis.) In *Catalogo Biblioth. Richeanae*, *Part.* III. *pag.* 673. Anglica verſio memoratur, Londini a. 1657. *in 8.* exhibita. Plura cet.

Pag. 1527. lin. 6 exemplis) De *Crepundiis litterariis Sumfurti* a. 1780. ſingulari et erudito Programmate, in 4. plagulis quatuor diſſeruit, recentiorumque ſcriptorum ineptias admodum ſalſe perſtrinxit RASSDOERFERVS. Eos maxime delegit ſibi, qui linguam et orthographiam Germanicam tantopere corruperunt. *Nimium* cet.

Pag. 1529. lin. penultim. indicavi.) Conf. CICERO *de Oratore*. *lib* II *cap.* 4. circa finem. Comta cet.

Pag 1530 lin 10 *Lipſ.* 1693. *in 4.*) poſtea in 12.

Pag 1531. lin 16. peperit.) In *Novis* tamen *litterar. Ienenſib.* (*gel Zeit*. a 1751 p. 226-233. non ſine ſtili acerbitate, forſitan iuſto gravius, iudicium de hoc libello fertur. Conf etiam eod. anno Scid 95. pag. 769. *Pedantiſſimi medici* imago paucis deſcripta eſt ab ANTON. GVIL. PLATZIO in Programmatibus tribus Lipſ. anno 1762. ſq. *in 4.* evulgatis.

Ibid. lin 21. ieiuna) Elegantiori ſtilo hoc pertractavit argumentum CAROL. CONRAD. REITZIVS in Orat.

Orat. *de fastu ludimagistrorum*, *Gorinchemi* a. 1742. *in 4. mai.* divulgata, sed nostris in oris obvia rarissime. Pertinet huc etiam DAVID. RVHNKENII Oratio inaug. *de Doctore umbratico*, *Lugd. Batav.* 1761. *in 4. mai.* emissa, de qua vid. *die Leipz. gel. Zeitung.* a. 1763. *p.* 169. *seq.* Addantur his THEOPH. CHRIST. HARLES Commentationes quinque *de Pedantismo philologico*, cuius *Sectio* I. *Coburgi* a. 1765. *in 4.* edita recensetur in *Commentariis* Bremensibus *de libris minoribus*, *Part.* II. *pag.* 181. Conf. etiam *Hällische gel. Zeitung.* a. 1768. pag. 591. Quodammodo etiam huc spectat FRID. NICOL. VLRICHII Progr. elegans *de Gallionismo scholastico*. *Rudolphipoli* 1768. Pertinet huc etiam *Le chef d'Oeuvre d'un Inconnu*, *Hagae-Comit.* a. 1714. *in 8.* qui liber Satyra est contra Criticos, in rebus vilioribus lectionem suam inepte ostentantes. Plura vid. in MYLII *Bibliothek. Anonym. et Pseudonym. Part.* II. p. 115. *Pythagorae* cet.

Pag. 1533 lin. 10 *facturus.*) Addantur omnino, quae AVGVST. LEYSERVS *Meditat. ad Pandect. Volum.* IX. *specim.* 624. *pag.* 939. *seq* eleganter, more suo, de vitio hoc, eiusque definitione, disserit.

Ibid. lin. 23. Lips. a. 1678) 1673.

Ibid. lin 25. *Suobaci* et Lips.) In alio exemplari extat tantum *Suobaci.*

Pag. 1534. lin. 24. medio fere.) Abbatem etiam LE CLERC auctiorem parasse *Thomasianae* Collectionis editionem, intelligitur ex Epistola PAPYLLONII a. 1735. perscripta, et obvia in d'ARTIGNY *Mémoires d'Histoire*, *de Critique et de Littérature*, *Tom.* V. pag. 391. Sed audi, quaeso, Thrasonem! Sic enim ille: *Je suis persuadé*, *que votre Ouvrage sera meilleur*, *que le sien. Il y aura autant de différence entre vous et lui*, *qu'il y en a entre un Allemand et un François. C'est assez dire.* Post cet.

Pag. 1536. lin. ultim. de qua dubitant complures.) In HASAEI *Catalogo* Bremae 1732. publicato, pag. 400. num. 62. citantur 3. Dissertationes de furibus librariis *Lugd. Batav.* a. 1716. editae. Item in *Parte* I. *Catalogi Biblioth. Burckhardianae*, *Wolfenbüttelae* 1766. venditae pag. 33. num. 456. seq. item in FABRICII *Historia Biblioth. Fabricianae*, *Part.* IV. *pag.* 287.) anno 1709 cet.

Pag. 1537. lin. 8. p. 124.) Diu quaesita tandem anno 1766. ad me pervenit altera haec editio, in qua observavi tertiam Epistolam ex memorato Diario accessisse quidem, sed variis deletis, multis adiectis. Integer plagulas duodecim explet libellus, quo per lecto (verba: Sed numquam — iisdem,, deleantur) statim recte iudicatum cet.

Pag. 1539. lin. 29. accessere.) Nescio autem, an haec *Menckeniana* eadem sint, quae editori transmiserat Polyhistor Noricus, Godofred. Thomasius, uti quidem asserit WILLIVS *Part.* IV. *des Nünberg Gelehrten-Lexici*, pag. 33. Paullo post Menckenii cet.

Pag. 1541. lin. 30. poenitebit.) Pertinet huc itidem IOH. GEORG. BVCHTA, Consil. ecclesiasticus et Superintendens Onoldinus, quem anno 1764. eiusmodi hominum numerum auxisse, fusius docet CHRIST. ADOLH. KLOTZIVS V. C. *Actorum litterariorum Volum.* I p. 464 *sq.*

Pag. 154.. lin. 20. pro: minis leg. nimis.

Pag. 1545 lin. 8. occurrit,) parumque abfuit, quin fisco addiceretur. Nitida cet.

Pag. 1547 lin. 27. *loco qua* leg. quae.

Pag. 1549. ad finem §. XVII.) Verissima sunt etiam, quae acutissimus Anglus, OLIVER GOLDSMITH, disserit im *Weltbürger, oder Briefen eines Chinesischen Philosophen aus London an seine Freunde im Orient, Vol.* I *epist.* 18. *pag.* 96 — 103. interpretat. German. a. 1781. Lipsiae in 8. profitetur. Ibid.

Ibid lin. 17. Tomis II.) (Novi cum REIMANNO SPITZELII *Litteratum felicem*, *August. Vindelic*, a. 1676. in 8. *Litteratum infelicem* ibid. 1680. sibi incognitum, *Litteratum infelicissimum* ibid. 1685. non novi autem Tomum eius alterum, uti et REIMANNO ignotum.) huius seq.) Haec ex communicato.

Pag. 1553. lin. antepenult. *Lips.*) 1704. et ibid. recusa 1714. *in 4.* cet.

Pag. 1556. lin. 25. deleantur verba: ignoto mihi, ni fallor, et legatur loco eorundem post verba: ANTONIO MVSA, qui est notissimus inter eruditos IOHANNES CHRISTOPH. RÜDIGERVS, (qui etiam sub nomine ficto *Parrhasiandri* edidit *Singularia eruditorum illustrium*, et quem Auctorem huius libri esse verum, didici ex DVNCKELII *historisch- critischen Nachrichten von verstorb nen Gelehrten*, qui liber prodiit *Cothenis* a. 1753) pseudonymo Auctore, lucem adspexit sic inscriptus: *Singularia de viris eruditione florentibus.* Testante KOHLIO in *den Hamburgisch. Berichten von gel. Sachen*, a. 1742. *pag.* 633. latet sub hac larua RÜDIGERVS, alias *Clarmundus.* Eruditorum cet.

Pag. 1558. lin. 12. in 8.) et GEORG. CHRIST. IOANNIS Schediasma *de eruditis, qui apud Bipontinos cum maxime per quinquaginta, vel plures etiam, annos officiis praefuere publicis*, *Biponti*, 1714. in 4. quo tamen labore facile carere poteramus, quum septem, quae profert, eiusmodi hominum nomina sint admodum obscura, exiguorumque de re litteraria meritorum.

Ibid. lin. 16. a. 1723 *in 4.*) Idem persecutus est argumentum MATTHAEVS HANSVS in Schediasmate *de Theologis quibusdam Macrobiis vel ex vel in Lusatia.* Prodiit hic libellus quinque plagularum *Goerlicii* a. 1712. in 8. Exhibet tres prope Decades talium virorum, quos inter omnes honesti quidem, at nemi-

nem inveni scriptis clarum. *Pag.* 27. et 29. Auctor provocat ad suos *Theologos longaevos Silesiae*, aliquot Decadibus propositos, quae, nescio an sint unquam editae. Si eiusdem sint farinae, omnino possunt aeternis obduci tenebris, siquidem adhuc loco quodam existant. GOETZII cet.

Pag. 1560. lin. 18. lege exercitationem.

Ibid. lin. 29. relictorum) qui autem iam. a. 1784. munere Directoris Gymnasii Gerani, quod per multos annos egregie ornavit, functus, diem supremum obiit, unde hoc votum erit frustraneum.

Pag. 1561. lin. 15. corraserat;) corrasit et *tria supplementa ad eruditos Coelibes*, quae eodem, quo titulus universalis, prodiere anno 1717. *Viteb. in* 8. cum scriptis Variorum non dissimilis argumenti.

Pag. 1565. lin. 12. instituto.) Prodiit *Jenae* a. 1714. *in* 4.

Ibid. lin. 15. evolui.) Addenda vero est non inutilis AVG. WOLFG. DEVTSCHLAENDERI Commentatio *de castrationis librorum causis, librisque historicis mutilatis*, *Lipsiae* a. 1765. *in* 4. edita. De variis cet.

Ibid. lin. 24. suppressos.) Sic et SAM. ALNANDER speciatim *Upsaliae* a. 1764. *Specimen historiae librorum prohibitorum in Suecia* plagul. 5½ in 4. exhibuit, cuius argumenta exposuit CHRIST. ZIEGRA in *den Hamburg. Nachrichten aus dem Reiche der Gelehrsamkeit a.* 1765. p. 534. 583. 597. 615. et 751.

Ibid. lin. 30. imprimendas,) quae diu rariores nunc in IOH. IACOB. BAVERI *Bibliotheca librorum rariorum universali Part.* II. recusae fuerunt. Ex his ipsis deinde *Gryphisw.* cet.

Ibid. lin. 32. *combustorum.)* Haec Dissertatio itidem vix obvia recudi meretur. Quam autem cet.

Pag. 1566. lin. 17 affirmat.) Add. Observatio germanica *von den verschiedenen Arten verbrannter Bücher,*

cher, in den Westphälischen Bemühungen. cet. *Part.* II. *pag.* 67. *seq.*

Pag. 1567. lin. 9.) deleatur *Lubec.* et legatur, *Rudolstad.* 1704. — — — deliciis, ipsiue composuerunt vel mortui cet.

Ibid. lin. 17. KLOTZIVS.) Hanc *Lipsiae* a. 1762. *in 8.* non leviter auctam emendatamque libri singularis elogio recudendam curavit. Ornamenta cet.

Pag. 1568. li. 22. pro quaedam leg. multa.

Ibid. lin. 25. illustrat.) Auctor, quem certo rescivi, est IOH. PETR. CHRIST. DEKKERVS. De MINACI.

Pag. 1571. lin. 21. adcurata.) Complura etiam, Auctoribus haud nominatis exscripsit, quod ipsi obiicitur in THOMAE CRENII *Parte* III. *Animadvers. philolog. et historic. pag.* 58. Primum illud cet.

Pag. 1577. lin. 32. constat,) et, si vera dicuntur, articulis undecim millibus locupletata est *Amstelod.* cet.

Pag. 1578. lin. 9. non licuit.) Versionem Hispanicam auctore IOSEPHO *de* MIRABEL *y* CASA DEVANTE *Parisiis* a. 1753. Tomis X. *in fol.* memorat MEVSELIVS *Bibliothec. historic.* Tom. I. Part. I. *pag.* 263. Haec fata cet.

Pag. 1580. lin. 8. Ad sextum) leg. At sextum cet. lin 28. *in fol.* Multa de huius operis initio, cuius Tomus I. a 1695 m. Augusto iam absolutus est, biennio post accedentibus, deque adversariorum, quos propterea nactus fuerat, technis, agitur in *Vita Baelii* a *de* MAIZEAV scripta *pag. m.* 76. *seq.* Schedae prelo cet.

Pag. 1581. lin. 21. perniciosa) Praecipue multos offenderunt perversae de religione ac litteris sacris sententiae, quae in articulis *Adam*, *David*, *Manichaei* cet. occurrebant. Caussam cet.

Pag.

Pag. 1582. lin. 6. adiecta.) Complures enim negaverant, se hanc editionem emere nolle, nisi Articulus hic ea ratione, uti legebatur in priori, insereretur, ideoque librarius monebatur, ut eundem separatim recudendum curaret, quo forte accedere posset ipsi Operi. In meo exemplari annum praeferente 1730. occurrit sub finem Tomi II; sed callide factum hoc, ne quis id statim observaret. Conf. cet.

Ibid. lin. 30. amplificata.) Optimam eam censent plurimi. Quarta cet.

Pag. 1584. lin. 12. merentur.) Historiam huius editionis exhibet GOTTSCHEDIVS in Praefatione, *Parti* II. *der ersten Gründe der gesammten Weltweißheit*, *anno* 1762. praefixa. Recensionem vero Tomi I. legas cet.

Ibid. lin. 20. *p.* 430.) De novo instituto librarii cuiusdam, qui *Lubecae* a. 1779. in forma octuplicata maiori edere coepit P. BAYLE *historisch-kritisches Wörterbuch*, *im Auszuge*, *Erster Theil für Theologen*, vid. *die Jenaischen gel. Zeitungen*, a. 1779. *pag.* 137. *seq.* *Alterum* a. 1780. successit Volumen, quod de Poetis Graecis ac Romanis agit. LVDOV. SVHLIVS calamum suppeditavit labori huic non sine plausu excepto. Abesse tamen varia minus utilia tuto poterant, ubique fere etiam desideratur ingenium *Baelianum* iudice MEVSELIO *Bibliothec. historic. Tom.* I. pag. 267. Novissime cet.

Ibid. lin. 30.) Brevem huius Operis Gallici historiam legimus in STOSCHII *neuem Gelehrten Europa*, *Part.* XV. *pag.* 634 *seq.*

Ibid. lin. 31 p. 717. seq.) Epitomen concinnam ex eodem, ac *Baeliano*, confecit ediditque *Lugduni* a. 1771. *Tomis* IV forma *octava* maiori BONNEGARDIVS. Voluminum inscriptio haec est: *Dictionnaire historique et critique*, *ou Récherches sur la vie*, *le caractère*, *les*

moeurs,

moeurs et les opinions de plusieurs hommes celébres; tirées des Dictionnaires de *Mr.* BAYLE et CHAVFEPIÉ. Accessere complures articuli novi, qui supplementi loco esse queant. Vides nunc cet.

Pag. 1588. lin. 19. contigerit.) Hoc tamen plures adfirmant, nonnisi Tomos VII. exstare, quorum prior *Venetiis* a. 1701. postremus a. 1707. absolutus est. Pertinet cet.

Pag. 1590. lin. 2. HANOVIVS,) GODOFR. LEON. BAVDISIVS, Ictus Lipsiensis, aliique cet.

Ibid. lin. 11. ex qua) praeter historiam Lexicorum, quae tum exstabant, realium criticam eorum cet.

Ibid. lin. 14. illustrantibus,) non paucis erroribus emendatis repetiit *Basileae* a. 1726. eaque iterum, triennio post a. 1729. novis typis prodiit. Brandmüllerus cet.

Ibid. lin. 34. a. 1732.) adiuvante institutum IVSTO GODOFR. RABENERO, ut alios taceam. Quibus cet.

Ibid. lin. ultim. p. 464.) Mox vero et Helveti suae editioni adiecere, *Supplementorum Tomos* II. altero 1742. altero 1744. producto, quorum conditores fuerunt IACOB. CHRISTOPH. BECKIVS et AVG. IOH. BVXTORFFIVS.

Pag. 1591. lin. 28. III. 1752.) IV. a. 1753. prodiit. Non pauci levis armaturae cet.

Ibid. lin. 35. prostant.) Caeterum satis benigna de hoc instituto vastissimo sententia legitur in GESNERI *Isagoge in eruditionem universam*, cura cel. NICLASII producta, Tom. I. *pag.* 515. Belgica lingua cet.

Pag. 1593. lin. 5. legatur nunc ita: In Tomo altero clarissimus Editor unicum ipse Articulum adiecit, praestantissimum omnino, et in memoratu dignissimis ponendum, qui cet. librario huic esse modicae molis Dictionario pretium statutum.

Ibid.

Ibid. ad finem §. XXI. Anno 1751. prodiit *Parisiis Encyclopédie, ou Dictionnaire raisonné des Sciences, des Arts* etc. quod grande Opus in *portu Liburni* (*Livorno*) postea Italice recusum auctumque Italorum studio, evulgarunt DIDEROTIVS et DALAMBERTVS. Plures tamen socii fuere. Sunt Volumina XXV. *in fol.* quorum posteriora tabulas aeri incisas explent. Supplementa secuta sunt a. 1776. Recusa omnia sunt *Bernae* a. 1778-1781. Voluminibus XXXVI. *in 8. mai.* una cum Voluminibus tribus figurarum aenearum. Docta dicitur in praecipuis ac plurimis, si historica exceperis, eruditionis partibus, elaboratio. Fundamenti loco usus est hoc opere *de* FELICE, adiutoribus aliis dum exhiberet *Ebroduni* (*Yuerdun*) *Encyclopédie ou Dictionnaire universel raisonné des connoissances humaines*. Prostant eius Volumina XLII. *in 4. mai.* et Volumina VI. Supplementorum, itemque tot Volumina tabularum expressarum. Lucem adspexere omnia ab a. 1770. usque ad a. 1778. et non parum superant Parisiensem editionem. Nunc et nobilissimi bibliopolae Francofurtenses, *Varrentrappius* et *Wennerus* praemisso a. 1777. Programmate Germanico, incepere sequenti anno *Teutsche Encyclopaedie oder allgemeines Wörterbuch aller Künste und Wissenschaften.* Varii homines doctrina clarissimi in Lexico hocce concinnando sunt occupati, iamque a. 1784. Volumen IX. *in* 4. *maiori* prodiit. Duodecim Volumina generatim sunt promissa, sed certissime hoc Opus in maiorem molem crescet, cum ultimus articulus huius Voluminis IX. sit *Feyertag* ex litera F. Opus hoc est egregium et valde commendandum. Conf. MEVSELII *Bibliothec. historic. Tom.* I. *pag.* 273. *seq.* ubi et plura eiusmodi Lexica recensentur.

Pag.

Pag. 1602. lin. 15. lucem viderunt *Lubecae* a. 1728.) Mea editio prodiit *Rostochii* 1727. *Ratzeburgi* typis Andr. Hartzii.

Pag. 1604. lin. 1. TARGIONIVS) TOREZZI, Med. D. cet.

Pag. 1606. lin. 13. p. 518. sq.) Auxit eiusmodi librorum multitudinem *Commercium Epistolicum* cet.

Ibid. lin. 20. *Aldorf.*) a. 1756. et 1757. in 8. evulgata.) *Tertia*, eademque, quantum rescivi, ultima, successit a. 1758. In his modicae molis Voluminibus desiderari omnino videtur delectus: eminent saltim inter caeteras Epistolas, passim indignas luce publica, quae vel a Christinano cet.

Pag. 1607. lin. 20. leg. Ab elegantis doctrinae Italo, ANTONIO MARIA BANDINI cet.

Ibid. ad finem §. XXII.) Omnes hi Tomi III. a. 1758. sequ. luci sunt expositi. *Thesaurus epistolicus Gesnerianus* a CHRIST. ADOLPH. KLOTZIO *Halae Magdeb.* a. 1768. et 1770. Voluminibus II. modicis in 8. editus, IOH. MATTH. GESNERI, CHRIST. AVG. HEVMANNI aliorumque virorum doctorum Epistolas, critici maxime argumenti, continet.

Pag. 1609. lin. 31. p. 476. *sq.*) THOMAE BARTHOLINI *Epistolarum Medicinalium, a doctis viris ad doctos viros scriptarum, Centuriae* IV. *Hafniae* a. 1663. *seq. in 8.* Voluminibus III. excusae sunt primum, post iterum *Hagae-Comit.* a. 1740. *eadem forma.* Vtrique editioni accesserunt copiosi Indices. Alias Centurias tres, iam ad prelum paratas, flamma consumsit, quod vehementer dolet Auctor in dissert. *de Bibliothecae Incendio*, pag. 65. *edit. Hafniensis.*

Pag. 1610. lin. 8. *Francof.* 1669.) (Mea prodiit editio *Francof.* 1692. Ignota fuit Autori Biblioth., haec editio secunda priori emendatior) ead. forma cet.

Pag.

Pag. 1615. lin. 21. p. 121. seq) Possideo praeter recensitas editiones HVG. GROTII *epistolas ad Israelem Laski*, quae evulgatae sunt *Dantisci* a. 1670.

Pag. 161 . lin. 19. obstat.) Id interim et negari nequit, haud iniquum esse LEIBNITII in *Otio Hanoverano pag.* 209. iudicium, his expressum verbis: *multa supprimenda fuisse parum digna* Gudio, *aut quae magis pertinent ad officia amicorum, quam ad incrementa litterarum.* Varii argumenti cet.

Pag. 1618. lin. 11. *Hanschius.*) In meis reculis invenio libellum 7 plagulis constantem, cuius titulus sic sonat: *Epistolae I. Kepleri, p. geminato, et M. Berneggeri mutuae*; Argent. 1672.

Pag. 1619. lin. 11. eruditis) quae Tomum praecipue priorem ornant, eas vulgavit cet.

Ibid. lin. 27. pro pollicetus leg. pollicitus.

Pag. 1623. lin. 7. p. 545. sq.) itemque a. 1706. p. 357 — 365. ubi prioris recensionis continuatio. Quum cet.

Ibid. lin. antepenult. p. 297.) ANTONII Bononiae Beccatelli, cognomento PANORMITAE *Epistolarum libri* V. cum Orationibus II. et carminibus quibusdam, *Venetiis* 1553. *in* 4. emissi, rariusque obvii, variorum ex medio saeculo XV. eruditorum non contemnendam praebent notitiam, teste SCHELHORNIO in den *Ergözlichkeiten aus der Kirchenhistorie und Litteratur*, *Tomo* II. *pag.* 652. ubi et provocat ad APOSTOLI ZENI *Dissertationi Vossianae*, *Tom.* I. *pag.* 312. seq. plura de his Epistolis continentes. GVY cet.

Pag. 1625. lin. 3. PHILELPHI Epistolae breviores et elegantiores quoque prodierunt *Daventriae* 1504. ubi sunt collectae, et praeterea *Hamburgi* a. 1681. *in* 8. exstant typis exscriptae.

Pag. 1626. lin. 21. pro ASSENSIVS leg. Ascensius.

Pag. 1627. lin. 23. productae) Novo easdem titulo, qui hic est: IOH. ANDR. SCHMIDII Fasciculus Episto-

Epistolarum, a REINESIO et BOSIO *mutuo exaratarum*, *ibidem* a. 1714. protulit bibliopola, facileque adparet, nil, praeter primam plagulam, recusum fuisse.

Pag. 1631. lin. 23. inseruit.) Idem factum quoque est a BAVMGARTENIO in *den Nachrichten von merkwürdigen Büchern*, *Volum.* X. *pag.* 112. sed longe breviori stilo Complura cet.

Pag. 1632. lin. 23. leg. restitutis, opera *Iacobi Langebek* exhibita sunt cet.

Pag. 1633. lin. 25. reddantur,) commodisque augeantur Indicibus, quibus caret editio Veneta. Plures cet.

Pag. 1634. lin. 33.) Sic iter iuridicum, quod Iurium cultor per Belgium, Angliam, Galliam et Italiam iucunda cum utilitate instituere potest, confecit, ac *Vitemb.* edidit a. 1688. *in 12.* GE. PAVLLVS HOENN, de quo novem plagularum libello iampridem rariori, quid sentiendum sit, illustris NETTELBLADT candide profitetur in *den Haellischen Beyträgen zur iuristischen Gelehrten-Historie*, *Volum.* I. *pag.* 669. quo et loco ipse de recta itineris litterarii eiusque iuridici ratione plura disserit. THOM. cet.

Pag. 1640. lin. 10. leg. describeret.

Ibid. lin. 11. p. 312. seq.) GVIL. STVKELEY *Itinerarium curiosum: or an account of the Antiquities and remarkable Curiositys in Nature and Art, observad in Travels thro' Great Brittan*, *Lond.* a. 1724. in *fol.* et IOH. BREVAL *Remarks on several Parts of Europe*, caet. *Ibid.* 1726. ead. forma, *Tomis* II. Quid boni

offerant lectoribus, docent *Acta erudit. lat.* a. 1727. *pag.* 97. et p. 103. *seq.*

Ibid. lin. 26. loco a. 1714. leg. 1741.

Ibid. lin. 32. excusa typis est.) De Anglica vid. *die Leipz. gel. Zeitung.* a. 1756. *pag.* 930. Rerum physicarum et Antiquitatum amatoribus non parum placebunt IOH. TARGIONI TORREZZI *Relazioni d' alcuni viaggi fatti in diverse parti della Toscana, per osservare le produzioni naturali e gl' antichi monumenti di essa. Tomi* sunt VI. in 8 *Florentiae* ab a. 1751. usque ad 1754. exhibiti. Vid. *die Götting. Zeitung. von gel. Sachen,* anni 1752. *pag.* 1192. et a. 1753. p. 1231. *seq.*

Ibid. lin. 33. momenti), imo ineptis, vulgaribus, falsis nominibus et repetitionibus permista, inveni in cet.

Ibid. ad finem Tomi II.) Merito quoque laudari debent IOH. BERNOVLLI, viri celeberrimi, *Reisen durch Brandenburg, Pommern, Preussen, Rußland und Pohlen in den Jahren* 1777. 1778. Volumina exstant *sex*, quae omnia *Lipsiae* a. 1779. et 1780. *in 8.* lucem adspexerunt. Praeterea prodierunt eodem Auctore *Lettres sur différens sujets, écrites pendant le cours d' un voyage par l' Allemagne, la Suisse, la France méridionale et l' Italie, en* 1774. *et* 1775. *par Mr. Iean Bernoulli, Tomes* II. *Berlin* in 8. Vid. *Leipzig. gel. Zeitung.* a. 1779. *Part.* 23. *Sulzeri Reisebeschreibung. Lips.* 1780. Abundare hoc Opus egregiis observationibus ad rem litterariam spectantibus, ego quidem non ignoro; sed aegre tamen mihi ferendum est, quod praesens vitae meae conditio non permiserit, ut iisdem accuratius perlustrandis vacare possem.

ſem. Inter recentiſſima quoque itineraria litteraria praecipuum locum obtinent FRID. NICOLAI, bibliopolae doctiſſimi, *Beſchreibung einer Reiſe durch Deutſchland und die Schweiz im Jahr* 1781. *nebſt Bemerkungen über Gelehrſamkeit, Induſtrie, Religion und Sitten, Berolini* 1783. *in* 8. *mai.* Iam Volumina IV. proſtant, plura adhuc exſpectantur. Nonnulla lectoribus parum utilia in hoc opere obvia eſſe, monetur im *Kieliſchen Litteratur-Journal*, a. 1783. *Part.* IV. *pag.* 366. ſeq. Nec ſilentio praeteriri debet vir illuſtris, GEORG. GVILIELMVS ZAPFIVS, *cuius litterariſche Reiſen durch einen Theil von Baiern, Francken, Schwaben, und die Schweiz. Auguſtae Vindelic.* a. 1783. *in* 8. *mai.* eleganter prodierunt epiſtolis quatuor ad amicos. Complura certe memorantur, rei litterariae cultoribus antea parum cognita. Vberiorem itineris ſui litterarii deſcriptionem pollicitus eſt vir induſtrius, quod conſilium ad finem perductum non paucis et uſui et voluptati erit. His Itinerariis addatur HENRICI SANDERI *Beſchreibung ſeiner Reiſe durch Frankreich, die Niederlande, Holland, Deutſchland, und Italien*, quod opus prodiit *Lipſiae* a. 1783. *in* 8. *mai. Voluminibus* II. nullius fere momenti eſt, et ineptias complures prae ſe fert. Neque tamen culpa in Auctorem recidit, quum ipſius Itinerarium ad poſthuma ſcripta eius pertineat. Longe ſuperatur hoc Itinerarium ab opere, quod produxit IOH. GEORG. CHRISTIAN. ADLERVS, quod inſcribitur: *kurze Ueberſicht ſeiner bibliſch-kritiſchen Reiſe nach Rom. Altonaviae* 1783. *in* 8. Merito cum laude recenſetur *in der Quedlinburgiſchen allgemeinen theologiſchen Bibliothek, Tom.* I. *pag.* 108. *ſeq.* His addantur libri adhuc ſequentes: VOLKMANNI *Nachrichten von England*; eiuſdem *Nachrichten von Italien*, quae tribus Partibus conſtant ab a. 1777. ſeq. editis, ad quae BERNOVLLIVS Addi-

tamenta dedit, quae prodierunt a. 1777. et 1778. Cel. CHRIST. IOS. IAGEMANNI *Briefe über Italien*, Pars I. et II. *Vinariae* prodierunt a. 1778. et 1779. cum quo iungas eiusdem Viri *Geschichte der freyen Künste und Wissenschaften in Italien*, cuius libri Volumina tria prodierunt annis 1777. usque ad a. 1781. CHRIST. GOTTL. V. MVRR *Beschreibung der vornehmsten Merkwürdigkeiten von Nürnberg und Altorf*, *Norimb.* a. 1778. cum fig. aeneis. Quibus scriptis addas: IAC. IONAE BIORNSTAEHLII *Briefe auf seinen ausländischen Reisen*, *an C. C. Gioerwell. Aus dem Schwedischen übersezt von* IOH. ERN. GROSCVRD. Cuius operis *Partes VI.* editae sunt *Stralsundiae* a. 1777-1784. *in 8.*

SVP-

SVPPLEMENTA

AD

TOMVM III. BIBLIOTHECAE HISTORIAE LITTERARIAE.

Pag. 1642. in textu §. I. lin. 6. susciperet.) Primas eiusdem lineas duxit PAVLVS SARPIVS in *Historia Concilii Tridentini*, *lib.* VI. *pag.* 427. *seq.* edit. *Gorichem*, in 4. anno 1658. adornatae, et, qui eundem secutus est, IONAS CONRAD. SCHRAMMIVS in Dissert. Helmstadiensi, §. II. huius Capitis laudata. Deest itidem Bibliotheca historico - critica Indicum librorum prohibitorum, qualem Diatriben se olim esse meditatum, REIMMANNVS profitetur in *Accessionib. postumis* ad *Catalogum Bibliothecae theologicae pag.* 65. De conatu REICHARDI paulo post agam.

Pag. 1643. lin. 7. leg. commendari meretur.

Pag. 1644. lin. 12. leg. *improbatae lectionis* cet.

Pag. 1655. lin. 8. leg. *Novus* pro Nonus.

Pag. 1657. lin. 16. adspexit lucem.) Indicem eiusmodi, a. 1747. *in 8.* a Patribus olim e Soc. Iesu confectum, memorant die *Götting. Anzeigen v. gel. Sachen* a. 1760. *Part.* XII. pag. 103.

Index librorum prohibitorum primus in *Belgio* publicatus fuit a. 1540. auspiciis Caroli V. Imperato-

 ris

ris Romani, auctoresque habuit Theologos Lovanienses. Hunc excepit Index II. a. 1546. Tum Index III. a. 1550. et IV. a. 1570. apparuere. Conferas SCHELHORNII *Ergözlichkeiten aus der Kirchenhistorie und Litteratur*, *Volum.* II. *pag.* 399.

Pag. 1659. in fine pag.) Commode hac occasione addo *Catalogum librorum prohibitorum Vindobonae* a. 1765. *in* 8. editum, qui adhuc continuantur. Ipsum etiam relatum esse inter libros eiusmodi, anno 1777. profecto mirum videtur NICOLAO *Volum.* IV. *seiner Reisen*, pag. 858.

Pag. 1660. lin. 10. Principium) leg. Principum.

Pag. 1662. lin. 25. propter eo) leg. propter ea.

Pag. 1665. lin. 15. crediderim esse.) Confirmatur utique haec opinio in *den Hamburgisch. Berichten von gel. Sachen*, a. 1752. *pag.* 618. et plenius in DAEHNERTI *critischen Nachrichten*. *Vol.* III. eodem anno exhibito *pag.* 288. ubi Relatio BALTHASARIS legi penitus meretur, a prioris Diarii architecto in epitomen saltim redacta. Adscribam cet.

Ibid. lin. 19. leg. Bibliothéque cet.

Pag. 1666. lin. 19. litteris.) De *Gallico* exemplari legantur IAC. WILH. BLAVFVSII *vermischte Beyträge zur Kenntniß seltener Bücher*, *Volum.* I. *pag.* 86—96. His omnibus tandem accessit novissime IOH. MICH. MEHLIGII libellus haud reiiciendus, qui *Chemnitii* a. 1764. in 8. hoc titulo excusus est: *historisch-critische Abhandlung von der Gotteslästerlichen Schrift* de tribus Impostoribus. Multa diligentia ostendit, omnino exstare hunc librum typis excusum, ac primum quidem lingua Latina. Caeterum cet.

Pag. 1668. lin. ult. excusa,) recusa nunc est in MVRSINNAE *Biographia selecta*, *Volum.* I. *Halae* 1782. ut supra iam observavi.)

Pag.

Pag. 1670 lin. 20. Latine v. g. *L. B.* 1649. in 12). Exstat in Bibliotheca nostra prima editio latina *Basil.* 1560. in latinum sermonem ex Italico versus est liber hic per SYLVESTRVM TELIVM FVLGINATEM, 13. plagulis in forma octava constans. Possidemus et alteram editionem diligenter emendatam, quam *ibidem* a. 1580. *in 8* in lucem exire iussit NICOL. STVPANVS, Medicus et Philosophus, partim cet.

Pag. 1676. lin. 12. et quinque.) WALCHIVS *Bibliothec. theol. Tom.* I. pag. 759. adfert adhuc aliam editionem *ibid.* a. 1754. *in 8.* secutam, quam emendatam et adnotationibus locupletatam esse perhibet.

Pag. 1689 lin. 4. *Epistola*) STRVVII *Actis litterariis Fascic.* V. *pag.* 64. inserta, refert cet.

Pag. 1690. lin. 4. *in 12.*) vel potius in 8 minori. Multis ambagibus usus est Auctor ad ostentandam eruditionem suam, interdum autem etiam contra regulas grammaticas peccavit. Plura de hoc libro praeter scriptores adferendos memorant *Acta erudit. Lips. german. Part.* LVII. p. 670. et MYLIVS *Bibliothec. Anonym. et Pseudonym. pag.* 754. vid. quoque de hoc libello cet.

Pag. 1695. lin. 14. alia) leg. alio modo.

Pag. 1699. lin. 8. Praefationem) unius plagulae, et in cet.

Pag. 1701. lin. 11. deleantur verba altera et altera *in 4.*

Ibid. lin. 20. Paulli) Partibus II. *in 8.* is certe sq.

Pag. 1702. lin. 30. *Kiloni* primum a. 1680. in 12.) in 8.

Pag. 1705. lin. 3. *in 4.*) Quibus adde KOECHERVM *Biblioth. nov. hebraic. Tom.* I. *pag.* 29. 33.

Pag. 1708. lin. 30 Plura de CVPERO perhibuit WALCHIVS *Biblioth. theolog. Tom.* I. pag. 683.

Pag. 1714. lin. 20. Plura de hoc libro adduxerunt in medium VOGTIVS in *Catalogo libror. rarior.*

pag. 450. et MASCHIVS im *Verzeichniß der erheblichsten freygeisterischen Schriften*, *pag*. 95.

Pag 1718. lin. 20. anni 1699.) lege potius 1688. de quo cet.

Pag. 1721. lin. 31. 274. sq.) et praecipue VRBANI GOTHOFREDI THORSCHMIDII *vollständige Engländische Freydenker Bibliothek*, *Parte* III. quae *Halae Magd.* a. 1766. in 8. excusa est.

Ibid. lin. ult.) Plura de TOLANDI scriptis attulit WALCHIVS memorato loco *Tom.* I. pag. 687. 751 *seq.*

Pag. 1722. lin. 4) Weissenfelsensis) qui anno 1767. die 15. m. Februar. Berolini decessit fere septuagenarius. Data opera cet.

Ibid. lin. 8. Theologos) leg. Theologus.

Pag. 1724. lin. 12. quod) a Philosophia sobria derelictus confuse — — exprimat. Conf. de illo *P.* I. pag. 509 - 519. *der Briefe über den Religionszustand in den Preussischen Staaten*, auctore IOH. HENR. FRID. VLRICH, sacerdote apud Berolinenses scriptis clarissimo.

Ibid. lin. 19 sq) Itemque in laudato VLRICHII libro, *pag.* 501 - 504. et 524. ubi et inter eius scripta refert *l'Ecole de la volupté*, a. 1751. *in* 8. Plura de eodem adduxit in medium WALCHIVS *Biblioth. theolog. Tom.* I. *pag* 689. *seq.*

Pag. 1727. lin. 13. leg. *l' art de jouir* cet.

Ibid. ad finem §. X.) Non meliorem farinam proposuit Auctor libri *Dictionnaire philosophique* inscripti, et in Germania, (Londinum titulus falso praefert,) a. 1764. plagulis 21. *in* 8. *mai.* excusi. Ibidem VOLTAIRIVS quidem architectus nominatur; sed nondum haec res ad liquidum perducta est. Plura de infausto hoc partu, qui Deum negat existere, memorantur in *den neuen Rostockischen Berichten von gel. Sachen*, a. 1765. *Part.* V. *pag*. 34. *seq.*

Pag.

Pag. 1730. lin 5. mense Iunio) et WALCHIVS *Bibliothec. theolog.* Tom. I. pag. 748.

Pag. 1734. lin. 10. in 4.) mai. hoc titulo cet.

Ibid. lin. 14 *lui même*) Locus non est adiectus libro typis elegantibus excuso. Complectitur plagulas 41. Male cet.

Pag. 1739. lin. 29. Gallus ille) cuius vitam, ex scriptis illius variis instauratam, exhibuit doctus vir, AVG. GEORG. MIRVS *Helmstadii* a. 1764. in 4. singulari libello, cum Reformatis cet.

Pag. 1740. lin. 8. Auctorisue nomine.) Conf. *Car. Ben.* LENGNICHIVS in den *Nachrichten zur Bücher und Münzkunde*, P. I. Gedani 1780. In Belgio cet.

Pag. 1742. lin. 31. Differt hic titulus, quem BANGIVS *loc. cit. pag.* 134 excitat ab alius editionis titulo, quae re vera existit. Legitur iste ita: *Animadversiones in librum Praeadamitarum. In quibus confutatur Nuperus scriptor, et, primum omnium hominum fuisse Adamum, defenditur. Authore Eusebio Romano.* Tum citatur versus 1: graece ex 2 *Petr.* II. sine loco. *Anno* MDCLVI. Epistolam Dedicatoriam ad Nicol. Fouquet scripsit Ludov. Billaine. BAELIVS *Dictionn.* s. verb. *Peyrere not.* B. affirmavit, Philippum Priorem hunc librum *Parisiis* imprimendum curavisse. Auctor et verus est cet.

Pag. 1743. lin. 9. legantur sequentia:

Succedat *Histoire des Sévérambes, peuples, qui habitent une partie du troisiéme Continent, ordinairément appellé terre Australe* cet.

Pag. 1744. lin. 4. caet.) In subsequente autem *Tomo* XXVI. *pag.* 461. profitetur idem, quod plus iusto tribuerit Lócklo. Verum potius auctorem esse *Alesium*, nomenque *d' Allais* a patria ipsum assumsisse. Idque cet.

Ibid. lin. 6. d'Allais) p. 12. Docetur — — sententia, sic dici ab Alesia, Languedociae oppido, quod hic loci natus fuisset ex illustri familia huius nominis, et sigla D.V. D. E. L. significare forsitan verba: *Denis Vairasse d' Allais en Languedoc.* Nunc deleantur verba: ipse tamen — terra. Alia legimus cet.

Ibid. lin. 19. non constat.) Priorem Partem iam anno 1675. in 8. Anglice prodiisse, docet MARCHANDVS loc. cit. pag. 13. creditque, Auctorem tunc apud Anglos viventem, eorum lingua scripsisse librum, mox vero in Gallia hunc ipsum continuasse, gentisque sermone vernaculo integrum luci exposuisse. Tales inter editiones antiquiorem haud novi praeter eam, quae Parisiis a. 1677. *in 12.* Voluminibus II. adornata est. Accessere tum a. 1678. et a. 1679. adhuc alia Volumina tria, adeoque id exemplar ex duabus compositum Partibus, Volumina V. explet. Optima cet.

Ibid. lin. 24. l. c.) MARCHANDVS loc. cit. eam Volumina V. modica *in 12.* exhibere asserit. Nota est cet.

Ibid. lin. 32. Germanice,) sed inepta interpretatione, *Sultzbachii* cet.

Pag. 1745. lin. 15. ediderit) quam editionem quoque observavit vir doctus in *der allgemeinen Berliner deutschen Bibliothek*, *Append.* ad *Tom.* XXV-XXXVI, *Sect.* VI. pag. 3259.

Ibid. lin. 17. p. 174. sq.) Tandem et Italice liber excusus est *Venetiis* 1728. Ad argumentum cet.

Pag. 1746. lin. 8. deleantur verba: *Docentibus* usque ad vocem *esse*, et horum loco legatur: Profitetur quippe loc. cit. *pag.* 18. librum hunc esse scriptum elegantissime cet.

Ibid. lin. 12. ei loca) inserat, cet.

Pag.

Pag. 1747. lin. 8. debebat.) Conf. quae de hoc ipso libro disseruit FRID. GOTTHILFF FREYTAGIVS in *den Nachrichten von seltenen und merkwürdigen Büchern*, (*Gothae* 1776. in 8. mai.) pag. 123-134.

Pag. 1748. lin. 12. p. 464. seq.) itemque supra laudatus THORSCHMIDIVS *in der vollständigen Engelländischen Freydenker-Bibliothek*, *Part.* II. tota, quae *Halae Magdeb.* a. 1766. prodiit *in 8.* Vid. quoque WALCH. *Bibliothec. theol. Tom.* I. *pag.* 769. II. 1043. seq.

Pag. 1749 lin. 15. *a.* 1744. *in* 4.) Hic libellus nunc insertus est etiam a laudato iam MVRSINNA Volumini primo *Biographiae selectae.* Lectu quoque cet.

Ibid. lin. ultim. Plures, qui in WOOLSTONO refutando versati fuerunt diligenter, recensuit WALCHIVS *loc. cit. Tom.* I. *pag.* 793. seq.

Pag. 1750. lin. 19. *Public.*) Vid. WINDHEMII *Bemühungen der Weltweisen*, Vol. V. pag. 69-73. et WALCH. *loc. citat. Tom.* I. *pag.* 761. *seq.*

Pag. 1752. lin. 21. sq.) Continuatio quasi huius libri est eiusdem *Pars* I. *der Engelländischen Freydenker-Bibliothek*, quae *Halae Magdeb.* a. 1765. *in 8.* prodiit. TRINIVS etiam l.c. reliqua Collini cet.

Pag. 1758. lin. 6. p. 401. *sq.*) De fatis *Passerani* autem, status olim in aula Turinensi Ministri, qui tandem ad frugem rediit, itemque de scriptis eiusdem accuratius copiosiusque disserit FRANC. GE. CHRISTOPH. RÜTZIVS in *Parte* I. *der kleinen Bydragen tot de deistische Letterkunde*, *Hag. Comit.* 1782. *8. mai.*

Pag. 1764. lin. 28. variis) non sine ingenii acumine confectis, quorum cet.

Pag. 1765. lin. 5. probat et eam quoque. Plura cet.

Ibid. lin. 25. pro addictum leg. additum.

Ibid. lin. 28. add. 4.) *Traité sur la Tolérance*, 1763. *in* 8. *mai.* sine nomine et loco. Germanica interpretatio, cum notis Theologi cuiusdam Lipsiensis, a non-

nonnemine adornata prodiit *Lipsiae* 1764. *in* 8. Omnia hic repetiisse videtur, quae antea in contumeliam Theologiae revelatae evomuerat auctor. Nec cet.

Pag. 1766. lin. 10. p. 506. sq.) Alia ipsius pessimae itidem farinae memorantur in *den Götting. Anz. von gel. Sachen*, 1766. *Part.* XXII. p. 169.

Ibid. lin. 19. leg. A Trinio in hanc classem cet.

Pag. 1769. lin. 22. p. 177. *sq.*) De incredibili clementia munificentiaque sapientissimae Russorum Imperatricis erga *Diderotium* memorabile legitur exemplum in BIOERNSTAEHLII *Briefen*, *Part.* III. *pag.* 223. *seq. edit. German.* Videmus exinde, quod augustissima Princeps, quovis elogio maior, homines eruditos suffulciat, neque tamen probet doctrinas eorum parum probabiles. Interim tamen, aetate provectior, ad frugem rediisse videtur. Cf. BIOERNSTAEHL. *loc. cit. pag.* 233. Idem WALCHIVS cet.

Pag. 1770. lin. 11. leg. MOLTKENIVS.

Ibid. lin. 16. omitti.) In LEIBNITII *Otio Hanoverano pag.* 167. asseritur, notas has composuisse RASCHIVM, Principis Gottorpiensis Informatorem, etsi *Moltkii*, eiusdem Gubernatoris, nomen sit adiectum. Belgice cet.

Ibid. lin. 19. Germanice) melius reddita prodiit. Recensetur haec editio in WINDHEMII *Bemühungen der Weltweisen*, *Volum.* VI. *pag.* 301-309.

Pag. 1772. lin. 28. in 8.) plag. 4. — — — caet. Prostare etiam editionem *in* 4. plagularum 4½ didici ex KOHLII *Hamburg. Berichten von gel. Sachen* a. 1742. *pag.* 218.

Pag. 1777. lin. penult. adornata.) Plura de hac editione catechismi *Zinzendorfiani* memorantur in *Actis historico-ecclesiasticis*, *Tom.* V. pag. 45-59. Vberius eundem refutavit b. *Ioh. Gottlob. Carpzovius* in *der Religionsuntersuchung der Böhmisch- und Maehrischen Brüder*, *Part.* III. *Cap.* II. §. 4. 5. *pag.* 557. 559. Conferenda

ferenda etiam hic ſunt omnino, quae b. D. IOH. CHRISTOH. KOECHERVS in *der catechetiſchen Geſchichte der Waldenſer*, *Böhmiſchen Brüder* caet. *cap.* VIII. §. 19. 20. *pag.* 292. 298. ſequ. in medium adduxit.

Pag. 1779. lin. ult. §. XV.) Optime autem ZINZENDORFIVS nunc cognoſci poteſt ex vita ipſius, quam deſcripſit, *octoque* Partibus *in* 8. *Barbii* a. 1777. *ſeq.* edidit AVG. GOTTLIEB. SPANGENBERGIVS.

Pag. 1780. lin. 11. fuit.) De fatis ipſius vid. *Deutſche Acta litteraria*, *Lipſienſ.* a. 1715. *in* 8. coepta. *Part.* III. *pag.* 139. *ſq.*

Pag. 1782. lin. 23. a WALCHIO p. 66). Mores hominis NICOL. LEVTINGERVS lib. II. *de Marchia* §. I. ita depinxit: *Eques is erat Sileſius, non procul a Lignitio oriundus, complexione melancholicus, natura triſtis et invidus, converſatione moroſus et incivilis, vita ſolitarius, ingenio ambitioſus et contentioſus, ſermone intricatus, oratione obſcurus, qui ſuis obſecutus cogitationibus abſurdas et monſtroſas genuit opiniones, et publicis typis deſcriptas late diſſeminavit. Etſi autem lucem fugeret ipſe, natura et neceſſitate cogente, eamque nec ſcripta, quorum magnum in certis latebris edebat numerum, ferrent, iis tamen magni nominis et honoris viris, ſanctimoniam, gravitatem, et pietatem ſingularem ſimulans, aſſentatorie impoſuit, ita, ut in ſententiam illius haud gravatim concedentes patrocinio, hoſpitio, ſubſidiis et praeſidiis liberaliter et percommode conatibus adeſſent, darentque operam, ut publici iuris facti multos in admirationem ſui concitatos ſibi devincirent.* Non paucos deinde ipſius errores recenſet; complura enim perverſe docuit cet.

Pag. 1783. lin. 26. Opſculum) Poſſidet Editor horum Supplementorum in ſuo librorum adparatu quoque libellum huc ſpectantem, qui inſcriptus eſt: *Kurze Lebensbeſchreibung des hoch von Gott begnadeten und gelehrten Mannes, Caſpar Schwenckfelds, nebſt deſſen Abſchied.* 1700. *in* 8. Non paucos ſibi cet.

Pag.

Pag. 1785. lin. 13. incidit.) De STIEFELIO, fanatico, multa quoque memorat IOH. IOACH. MÜLLERVS im *entdekten Staats-Cabinet*, *Parte* V. *pag.* 260-374. Fata eius cet.

Pag. 1786. lin. 1. caet.) Conf. quae de eodem memorantur in *der neuen Zeitung und Bericht von dem neuaufgeworfenen Ezechiele Meth*, *von Langensalza*, caet. 1614. *in* 4. plagula vnica, itemque in Rescripto Electoris Saxonici *eod. anno in* 4. edito. Nihil autem Methium divulgasse cet.

Ibid. lin. 15. sutore Goerlicensi, pio quidem, sed non mediocriter insulso, quem cet.

Ibid. lin. 24. seq. Amstelod. a. 1675. *in* 4. et 1682. *in* 8. *Tomis* X.) (Hanc editionem posteriorem primam credit REIMMANNVS in *Catalogo Tom.* I. *pag.* 679. affirmatque, editam esse tantum sex Tomis.) quae locupletior cet.

Pag. 1787. lin. 32. facient) praeter vitam ipsius scriptis praemissam IOH. ADAM. CALO cet.

Pag. 1788. lin. 30. Combustum,) quod fatum eius tristissimum Epistola docet, obvia in BENTHEMII *Holländischen Kirchen- und Schulen- Staat*, Part. II. pag. 344.

Ibid. lin. ultim. pag. 651. seq.) Conf. *die unschuldigen Nachrichten* a. 1711. *pag.* 755.

Pag. 1801. lin. 21.) FLVDDI *Tractatus apologeticus* Germanice redditus, et obseruationibus instructus, opera BOOZII *Lipsiae* a. 1782. in 8. editus est.

Pag. 1805. lin. 1. seq. THOMASIVS attulit his quidem verbis) (haec non sunt Thomasii verba, sed attulit ipse hic tantum verba ARNOLDI ex *Parte* III. *der Kirchen- und Ketzerhistorie*, *cap.* I. §§. prior. 13.

Pag. 1807. lin. 19. postremam editionem) (Duas praeterea possideo editiones, quarum altera prodiit *Hamburgi* 1600. Dialecto Saxoniae inferioris, altera vero *Erfordiae* a. 1637.) esse cet.

Ibid.

Ibid. lin. 21. *Figuren.*) Repetitam esse hanc editionem *Francofurti* a. 1557. *in* 8. inveni. Quae cet.

Ibid. lin. 32. *in* 12.) (Optima isthaec editio creditur. Ex titulo autem eius perspicitur, primum prodiisse hunc ipsum librum *Auenione* a. 1556. tum *Lugduni* a. 1558. porro *ibidem* a. 1594. *in* 8. Praedictiones eius spectant ad omnia, quae contigerunt in Gallia, Hispania, Italia, Germania, Anglia, aliisque terrarum regionibus.)

Ibid. lin. ultim. *in* 8.) *Anglico* sermone accepimus illum *Londini* 1715. *in* 8. IOHANNES etiam AMATVS *de* CHAVIGNY *Parisiis* a. 1596. *in* 8. protulit *Commentaires sur les Centuries et prognostications de feu* MICHEL *de* NOSTRADAMVS, *conténant sommairément les guerres, divisions particuliéres et guerres civiles auenües tant en ce Royaume, qu' ailleurs, dépuis* 1554. *jusqu' à présent*, teste PAPILLONIO in *Bibliothéque des Auteurs de Bourgogne*, *Tom.* I. *pag.* 141. Multae fuerunt cet.

Pag. 1810. lin. 29 p. 776. *sq.*) Add. CHRISTIAN. HECHTII *umständliche Nachricht von den zwey verschiedenen und raren Editionen der Prophezeyungen des* Kotteri, *der* Poniatoviae, *und des* Drabicii, quae observatio locum suum nacta im *Hessischen Hebopfer*, *Volum.* V. *pag.* 75. *seq.*

Pag. 1812. ad finem §. XIX.) HVMMELIVS in *der neuen Bibliothek von seltenen Büchern*, *Volum.* II. *Part.* V. pag. 97-105. de scripto latino differit, *Vindobonae* pl. 1. f. a in 8. sed eodem forte tempore edito, cui hic est titulus: *Relatio mortis et conversionis ad fidem Romano-catholicam Nicolai Drabitii*, *Praedicantis Lutherani Leinizensis.* 1 Timoth. 2, v. 4. Deus omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire. Ipsum quoque scriptum hoc eo loco recusum dedit, monuitque, interpretationem germanicam, *Koelerianae* Dissertationi adiunctam, esse non solum ineptam, sed intellectu quoque difficilem.

Pag.

Pag. 1816. lin. penult. leg. multas.

Pag. 1821.) Spectat huc quoque *Apologia Praetoriana*, quae sine mentione loci anno 1653. *in* 8. prodiit.

Pag 1834. lin. 22. *Schreibart.*) Novissime accepimus *Nouveaux éclaircissémens sur la vie et les Ouvrages de Guil.* POSTEL, qui Patris DESBILLONII libellus, multa, ante non cognita exhibens, *Leodii* ac *Paris.* a. 1773. *in* 12. productus fuit. Praecipue de recensendis hominis inepti scriptis auctorem sollicitum videmus. Et permulta certe prostant ingenii monumenta cet.

Pag. 1838. lin. 28. tradidisse complures). His novissime *Leodii ac Paris. a. 1773. in 12.* accessere IOH. DESBILLONS, *Nouveaux éclaircissemens sur la vie et les Ouvrages de* GVIL. POSTEL, quem tamen libellum videre non contigit.

Pag. 1839. ad finem §. XXII.) Certa etiam ratione hic locum habet *Histoire du Diable*, quod scriptum a SCHWINDENIO, sacerdote in provincia Cantio (*Kent*) exaratum *Anglice* primum, et brevi interjecto spatio bis apud Britannos excusum dicitur. Postea Gallice redditum ab Anonymo (*Bionum* sacerdotem in Anglia indicant nonnulli) prodiit Amstelod. a. 1729. *in 12. mai. Germanico* etiam sermone *Lipsiae* a. 1728. *in 8.* interprete IOH. HENR. LIEBERO, et ab alio quodam, *ibid.* a. 1730. exhibitum est. Auctor satyricum agere voluit, at parum eleganter ingenioseque partes explevit suas, quod quidem tolerari posset, nisi varia immiscuisset auribus piis et christianis detestabilia. Vid. IOH. CHRISTOPH. MYLII *Bibliothec. Anonym. et Pseudonym. Tom.* II. pag. 1276. et praecipue *die Deutschen Acta erud. Lipsiens.* Tomo XIII. *Part.* CLII. *pag.* 509 — 532.

Pag. 1847. lin. 10. *Urtheile a.* 1753. p. 784.) Novissime recusus libellus ineptus, qui olim vel

manu

manu exaratus immani aeris pondere comparari solebat, Lipsiae a. 1773. plagulis 26. *in* 4. uti nunc fama est, hoc quidem titulo: *Clavicula Salomonis, oder die wahre Beschaffenheit von den Geheimnissen der Geister, worinn der Weg alle sichtige und unsichtige Geschöpfe zu erlangen angezeigt wird. Aus einer alten Urschrift. Mit Vergünstigung des Geistes Aratron.* 1686. Complures cet.

Ibid. lin. 13. p. 700.) Alia eaque memoratu digna de scripto isto obseruarunt WOLFIVS *Biblioth. hebr. Tom.* III. *pag.* 1034. seq. IV. 976. *num.* 1967. KOECHERVS *nov. Biblioth. hebr. Tom.* II. pag. 243. quibus addas quoque ELIAE CASPAR. REICHARDI *vermischte Beyträge zur Beförderung einer genauern Einsicht in das Geister Reich, Tom.* I. *Part.* IV. *pag.* 498. 531.

Pag. 1848. lin. 5. leg. ex Monachorum cet.

Pag. 1851. lin. 11. leg. NEOBVLVS.

Pag. 1855. lin. 3. *in* 4) plagulis 10. hac inscriptione: *Kurtzes Bedenken über eines sich selbst also genannten Sinceri Wahrenbergs kurzes Gespräch von der Polygamie.* Surrexit cet.

Ibid. lin. 9. *Epistolam*) seu *Dissertationem*

Ibid. lin. antepenult.) Latina est, — — accessisse. Notae etiam singulis paginis obviae cet.

Pag. 1856. lin. 14. descendat.) Ita certe finem imponit Dialogo: *Iam perspicio, Polygamiam nec contra legem naturae, multo minus contra Dei verbum, sed potius Deo gratam acceptamque esse; nihilque amplius opto, quam ut omnes fiant, sicut ego, et quoque eiusmodi claram cognitionis diuinae lucem accipiant.*

Ibid. lin. 28. praeferentem) iamque rarissimam exhibet cet.

Ibid. lin. 30. *in* 4) Evolvatur CAROL. BENJ. LENGNICH *Nachrichten zur Bücher- und Münzkunde, Part.* I.

Pag. 1858. leg. huic ereptus cet. lin. ultima.

Pag. 1863. lin. 24. quarum prima — — Melanchtonem: altera — tertia — quarta denique cet.

Pag. 1869. lin. 14. editis,) v. g. *Lugd. Batav.* 1659. eadem forma, vid. CLEMENT cet.

Ibid. lin. 21. leg. quod castissimae cet.

Ibid. lin. antepenult. *plag.* 14.) in 12. ex versione Gallica, cui editioni cet.

Pag. 1873. lin. 2. igni) leg. igne.

Ibid. lin. 10. Obscenitatibus vero hunc foetum longe superare, ac XIV. tabulis aeneis innumeras Veneris libidines repraesentare *Therese Philosophe, ou Mémoires pour servir à l' histoire de D. Dirray et de Mademoiselle Eradice. Hag. Comit. in* 8. *Part.* II. observat V. C. IOH. CONRAD. FEVERLINVS *in Catalogo Bibliothecae suae*, p. 512.

Ibid. lin. 30. quae editio a. 1678. plenior et auctior est quam altera, quae postea prodiit.

Pag. 1874 lin. 5. tractationis) post Diarium theologicum *die unschuldigen Nachrichten* a. 1706. pag. 76 paucis caet.

Ib. lin antep. p. 88. itemq. FABRICII (IOH. ANDR.) *Critische Bibliothek, Volum.* II. *pag.* 219. seq. VOGTII *Catalog. libror rarior.* pag. 85. et CLEMENT *Bibliothéque historique des livres difficiles à trouver, Tom.* III. *pag.* 270. seq.

Pag. 1876. lin. 28. eodem anno) (Mea editio praefert annum 1698. pag. 109.

Pag. 1879. lin. 31. p. 1258. seq.) Vestigia scripti Beuerlandi sedulo pressit in hoc Opusculo divulgato, quod uberiori examini subiectum est a CHRIST. FRID. POLZIO, IACOB. CARPOVIO et BALTHAS. MÜNTERO a. 1761. Vid. quoque huc pertinentia scripta duo, alterum, quod inscribitur, *Gedanken von dem neuen Heidenthum, das einige Weltweise aufzurichten bemühet sind, Francof.* et *Lips.* a. 1762. alterum, cui titulus

est:

est: *Zankapfel an dem Baum der Erkenntniß des Guten und Bösen.* 1763 *in* 8.

Pag. 1880. lin. 25. *de* BOZE) Academiae Inscriptionum cet.

Ibid. lin. 26. In eadem classe reponi meretur *Histoire de Dom. B*** Portier des Chartreux*, à *Rome*, sine anno *in* 8. quo de libro vir illustris, IOH. CONR. FEVERLINVS in *Catalogo supellectilis librariae*, *Suobaci* a. 1768. *in* 8. *mai.* edito, *pag.* 423. sic scribit: *Rarus quidem, sed spurcissimus ac obscoenissimus est, si quis unquam prodiit, sotadicorum facile princeps, utpote res Venereas, milleque Veneris modos tanta audacia describens, perque* XX. *figuras aeneas adnexas tam nitide depingens, ut nihil fere supra. Satyra simul est in Clerum Romanum.*

Faciunt huc itidem THOMAE SANCHEZ *Disputationum* cet.

Pag. 1881. lin. 2. molestissimarum.) An haec talia omissa sint in Aphorismis, totam decem librorum de matrimonio doctrinam compendio continentibus, qui liber *Graecii* a. 1641. *in* 8. prodiit, viderint, quorum in manibus versatur opusculum.

Ibid. lin. 8. leg. ostentaret.

Ibid. lin. 16. *Kahlianae*,) et IOH. HENR. ACKERI Comment. *de Monarchomachis et Antimonarchomachis*, *Rudolstad.* 1716. *in* 4. quod scriptum tamen est imperfectum, et maioris saltim operis forte prodromus. Conf. *die Deutschen Acta Erudit. Vol.* IV. *pag.* 460. Eiusmodi cet.

Pag. 1883. lin. 12. p. 526. Conf. etiam *Pseudonymi Notitia de hoc Marianae libro* in *den Braunschweig. Anzeigen*, a. 1755. *Part.* 41. Lectu quoque cet.

Pag. 1885. lin. 7. illud) admodum splendide plagulis 19. ac dimidia *Ticini* cet.

Pag. 1886. lin. 5. *in* 4.) quo in scripto, iusti voluminis formam praeferente, multa iuris Iustinianei et

 Codi-

Codicis Theodosiani loca de poenis Haereticorum, aliaeque quaestiones, ad pietatem salutemque publicam pertinentes, erudite illustrantur. Hac occasione cet.

Ibid. lin. 21. leg. *tertium edito.*

Ibid. lin. 22. a. 1616.) *in* 8. sine loci indicio. Tandem cet.

Pag. 1890. lin. 7. accepimus.) Nunc satis est cognitum, a IOH. PHILIPPO CARRACHIO adhuc, quantum sciam, *Vindobonae* vitam agente privatam, hanc ipsam interpretationem fuisse exaratam. Complures cet.

Pag 1891. lin. 12. leg. reperiantur.

Pag. 1893. lin. 26. *sq*) itemque in *den Erläuterungs-Schriften über den Hippolyt. a. Lapide, Ratisbonae* 1763. *in* 8. Praecipue cet.

Pag. 1894. lin. 5. contigit.) Nactus tamen sum aliam, *in* 12. sine loco indicato a. 1627. productam, cui annexa *Querela pacis undique gentium eiectae profligataeque*, auctore ERASMO ROTERODAMO. Est libellus duodecim plagularum, quarum sex priores Senatus Deorum implet. Anno 1763. Interpretatio cet.

Pag. 1897. lin. 30. dicta,) tum vero eundem librum, multis resectis, multis novis interfertis, denuo exhibet integrum. En! verba cet.

Pag. 1906. In Sciagraphia Capitis IX. add. §. III. suo loco *Mussipontana* et ad §. IV. *Pragensis*, itemque ad §. XIV. *palatina*; de qua in his supplementis suis locis nonnulla memorantur.

Pag. 1908. lin. 5. p. 195. seq.) In GEORG. LVDOV. BOEHMERI *Principiis Iuris Canonici*, §. 511. haec legitur definitio: *Academiae sunt universitates scientiarum sublimium, universarum ac singularum, capessendarum causa institutae, et proprio instructae regimine, ac potestate dignitates in praemium acquisitae eruditionis conferendi.* Dicebantur cet.

Pag.

Pag. 1909. lin 17. intelligitur.) In MATTHIAE STEPHANI, Icti Gryphiswaldensis, Tractatu de Iurisdictione, *Francof. a.* 1611. auctius edito in 4. libri III. Pars 2. tota de Academiis agit, speciatimque de institutione earum, confirmatione et conservatione; nec non de ipsarum Cancellariis, Rectoribus, Decanis, Professoribus, eorumque Conciliis sive Consistoriis, itemq. de Doctoribus, Licentiatis, Magistris et studiosis, eorumque omnium iuribus, iurisdictione, immunitatibus, officiis et eminentiis. Quo labore non sine fructu uti queunt et Icti, et historiae litterariae amatores.

Pag. 1910. lin. 20. *repraesentantem.)* Sociorum etiam, ac Professorum nomina recenset in academiis scientiarum praecipuis Europae potissimum Londinensi, Parisiensi, Leopoldini Collegii, Naturae Curiosorum, Berolinensi ac Petropolitana. Magna cet.

Pag. 1911. lin. 7. excerperem.) Scriptis quoque de Academiis addenda est b. D. IOH. CHRISTOPH. KOECHERI Dissertatio *de vera Academiae notione*, inserta HEVMANNI *Parergis Goettingensibus Tom.* I. *lib.* 1. *pag.* 194. 208. et eiusdem epistola germanica ad *Stollium* data sistens *Zufällige Gedanken von Academien.* Ienae 1734. in 4.

Ibid. lin. 15. *p.* 917. seq.) His addi meretur utique ERNEST. COTHMANNI *Responsorum Iuris et Consultationum academicarum* Liber singularis. *Francof.* 1613. *in fol.* Si coeptum nuper opus feliciter peragatur, quod hac misera rei librariae conditione optare magis licet, quam exspectare, omnes de hoc argumento Scriptores longo post se intervallo relinquet GEORG. NICOL. BREHMIVS. Vir ille doctus edidit nimirum *Lipsiae* a. 1783. *in 8. mai. Partem* I. *der Alterthümer, Geschichte und neuen Statistik der hohen Schulen.* Nec sine fructu, de hodierno statu Academia-

rum apud Proteſtantes earumque naevis uſurpari poterit: *Raiſonnement über die proteſtantiſchen Univerſitäten in Deutſchland*, cuius operis egregii partes IV. accepimus *Francofurti et Lipſiae* a. 1768 - 1776. *in* 8. Auctor eſt Illuſtris IOH. DAVID MICHAELIS, qui parti demum ultimae nomen ſuum praefixit. Cum eo tamen ſcriptore conferatur aliud ſcriptum, quod inſcribitur: *Ueber die Proteſtantiſchen Vniverſitäten in Deutſchland neues Raiſonnement von einigen Patrioten. Argentorati* 1769. in 8. Ad cognoſcendum praeſentem ſtatum Vniverſitatum litterariarum, maxime conducit praeter *dem Erlangiſch Addreſſ - Calender* Clariſſ. viri FRIDER ECKARDI *litterariſches Handbuch der bekannten höhern Lehranſtalten in und auſſer Deuſchland in ſtatiſtiſcher und chronologiſcher Ordnung. Pars* I. *Erlangae* 1780. *Pars* II. *ibid.* 1782. *in* 8. lucem adſpexit.

Ibid. lin. 19. p. 96.) De Profeſſoribus academicis legatur IOH. MICH. SCHWIMMERI Differt. de iisdem. Ienae 1670. et CHRISTOPH. CHRISTIAN. STVRMII Comment. *de exiſtimatione academicorum doctorum apud viros principes ex decimi quinti et duorum ſubſequentium ſaeculorum Annalibus monſtrata. Ienae* 1760. Lectu quoque iucunda eſt ſcriptiuncula *P. L. Speneri von dem Urſprung des Titels Magnificenz auf Academien. Ienae* 1751. Elegantes quoque ſunt Commentationes, quas *de gladio academico* emiſerunt FRIDER. NICOL. VLRICHIVS, Director Gymnaſii Fridericiani Rudolſtad. meritiſſimus et IOH. ANDR. HANNESEN, quarum prior latine *Rudolphipoli* a. 1772. poſterior autem germanice iam Goettingae a. 1749. prodiit. Pennaliſmus cet.

Ibid. lin. 29. Praetermiſſae fuerant antea in Opere noſtro aliquot Academiae, quarum notitia litteraria in his ſupplementis ſuo loco addetur. Quo ſpectant praeter alias *Aboenſis* fundata a. 1640. *Buetzovienſis*

viensis (1760). *Friburgensis* in Brisgouia (1460.) *Coloniensis* (1388.) *Dillingensis* (1552.) *Fuldensis* (1734)., *Glasgowiensis*, *Inspruccensis* (1672.) *Edimburgensis*, *Graetzensis* (1586.) *Lausannensis*, *Milanensis*, *Modenensis* (1772.) *Moscoviensis* (1755.) *Olmiutzensis* (1567.) *Pragensis* (1348.) *Paderbornensis* (1615.) *Parmensis*, *Petropolitana* (1724.) *Osnabrugensis*, *Sienensis*, *Turinensis*, *Vratislaviensis* (1702.) Quarum vero ex his nulla ad nos pervenit notitia, earum saltim nomina cum anno fundationis suae hic adduxisse sufficiat.

Pag. 1912. lin. 6. *Altdorff.) Norib.* 1717. 4.

Ibid. lin. 11. exhibente.) Conf. etiam de hac Vniversitate litteraria HENRICI HILDEBRANDI Diss. *de iuribus peculiaribus Reipubl. Norimbergensis*, pag. 58. sq. Prodiit eadem *Altorfii* a. 1716. *in* 4.

Ibid. lin 20 in fine.) Ad meliorem Docentium publicorum sustentationem Martha Magdalena *Mezgeria* donatione inter vivos decem florenorum millia constituit, quorum fructus post illius obitum a. 1777. primum sunt inter omnes distributi.

Pag. 1913. lin. 6. debet.) Alia nunc exstat ibidem Academia, quam Leopoldus Austriacus a. 1618. Molsheimii, in urbe itidem Alsatiae inferioris, erexerat, tradideratque Patribus e Societ. Iesu. Eo potissimum consilio condita dicitur, ut sacra, Lutheri conatibus repurgata, impediret. Ex hac vero sede a. 1702. Argentoratum translata in Regium eiusdem Societatis Collegium, solemniterque mense Iunio inaugurata fuit. Tres autem, ut vulgo ajunt, Facultates tantum complectitur, Theologicam scilicet, Philosophicam et Linguarum. Vid. *Nova litterar. Germaniae* a. 1703. *pag* 108.

Pag. 1914. lin 2. *Basileensis,) eiusdemque hoc eodem saeculo in rem publicam litterariam meritu.* Eo ipso etiam anno oratio ista, a IOH. IAC. SPRENGIO, Professore Basileensi, in Germanicam translata linguam,

 cum

cum nonnullis Additamentis in forma quadripartita successit. Quo etiam spectat liber inscriptus, *Athenae Rauricae* seu *Catalogus omnium Professorum Academiae Basileae ab. a.* 1460 *ad* 1778. *cum biographia singulorum, Basil.* 1778. 8 *mai.* eiusque libri *appendix* ibid. a. 1780. excusa, quem librum iam supra ad p. 1156. observavi.

Ibid. lin. 13. Plura de Academia hac *Bononiensi* refert VOLKMANNVS in *Nachrichten von Italien, Tom.* I. *pag.* 493. *seq. edit. secunda.* De nova Vniversitate *Budensi* a. 1780. condita, numismata duo exhibet Clar. LENGNICHIVS in *den Neuen Nachrichten zur Bücher- und Münzkunde, Volum.* I. *Part.* II. *pag.* 198. *sq.* In prima parte Augustissima Iosephi et Mariae Theresiae nomina: in altera vero haec verba leguntur. „*Bonae Artes a Sigismundo et Matthia Corvino Regg. Budam Inductae Belli terrore Fugatae A Maria Theresia Aug. Revocatae. A. Reg.* XL.„ Alia, quae ad inaugurationem huius instituti spectant, me adhuc observasse haud memini. Conf. infra dicenda ad pag. 1942. Iam in eo versatur Iosephus II. augustissimus Imperator, vt eadem sedem suam perpetuam *Pestini* et *Lembergae* habeat.

Büzoviensis universitas litteraria ortum suum debet perpetuis dissidiis Rostochiensium Senatus, qui cum Serenissimo Duce Mecklenburgo-Suerinensi per longum satis tempus Academiam ibi communem habuerat. Talium vero incommodorum pertaesus Fridericus, Dux augustus, terris suis adhuc feliciter servatus, partem redituum una cum Professoribus quibusdam Ducalibus, ab eadem separavit, et *Büzovium* transtulit, ubi nova litterarum sedes condita, et anno 1760. Musis solemniter dedicata fuit. Calamitates bellicae, tunc temporis Germaniam perturbantes, non permiserunt, ut Acta Inaugurationis, more antiquo, ederentur. Programma tantum trium plagularum in 4. prostat, anno memorato a CHRIST. ALBERT.

ALBERT. DOEDERLINO elaboratum, hac quidem inſcriptione: *Initium novae Acad. Fridericianae Büzovienſis, atque ad Orationem publicam d. XX. m. Octobr. aperiendis acroaſibus, tam publicis, quam privatis, dicatam, et in Templo oppidano habendam, invitat Sereniſſimi Ducis regnantis Mecklenb. ad id negotium, et ad dirigendam Academiam clementiſſime delegatus Commiſſarius.*

Pag. 1915. lin. 3. p. 433.) Deſcribitur haec Vniverſitas in duobus libellis, quibus Titulus eſt: *Cantabrigia depicta, a conciſe and accurate Deſcription of the Vniverſity and Town of Cambridge, and is enuiron caet.* Ibid. et in altero: *A deſcription of the Vniverſity of Cambridge in the 16th Century, by a member thereof,* WM. SOONE cet. de quo poſteriori Conf. *Gentleman's Magazine*, a. 1776. *pag.* 201. ſeq.

Pag. 1917. lin. 10. non innotuiſſe.) De noviſſimo ſtatu huius Vniverſitatis inde ab a. 1772. varia ſuppeditavit Anonymus in libello Germanico, *Etwas Neues aus Portugall*, Stendal 1781. *in* 8.

Ibid. poſt lin. 26. leg. *Culmenſis* Vniverſitas, a *Conr. Zolnero de Rotenſtein*, Ordinis Teutonici Magiſtro, a. 1387. inſtituta, quarto ſtatim anno, in ipſis ſuis primordiis, exſpiravit, partim ob conditoris mortem, partim belli aliisque calamitatibus publicis, miſere afflicta. Vid. PISANSKI *Hiſtor. litterar. Pruſſiae, pag.* 24.

Academia *Dijonenſis* innotuit ex *Mémoires de l' Academie de Dijon*, quorum *Tomus* I. prodiit a. 1769.

Vniverſitatis litterariae *Dorpatienſis*, deinde *Pernaviam* translatae, ubi a. 1710. evanuit, hiſtoriam adcuratiorem ſuppeditavit GER. FRID. MÜLLERVS *Tomo* IX. *Part.* II. ac III. *pag.* 100. *ſeq. den Sammlung Ruſſiſcher Geſchichte.*

Pag. 1918. poſt lin. 10. Ad *Edimburgenſis* Academiae hiſtoriam pertinet imprimis *The hiſtory of* Edinburgh *by* HVGO ARNOT. *Edimb.* and *London* a. 1779.

in 4. Pagg. 651. vid. *Götting. gel. Anzeig.* a. 1780. *Zugabe*, *Scid* 36. Conf. etiam de eadem HVMPHREY KLINKER's *Reisen*, *aus dem Englischen. Lipf.* 1772. *Band* III. *pag.* 5. feq.

Pag. 1919. lin. 2. calamo.) Chrift. Frid. Carolus Alexander, hodiernus Marchio, amplis hanc Academiam auxit reditibus, et ad maiorem provehere fplendorem ftuduit, eamque ob caufam fingulare Collegium ex Confiliariis intimis, Regiminisque et ecclefiafticis ftabilivit, cui cura Academiae demandata eft. Vid. *Nachrichten von der Verfaffung des Fürftenthums Bayreuth*, *Gothae*, a. 1781. in 8. *pag.* 35. Cf. NICOLAI *Reifen*, *Volum.* 1. pag. 164.

Pag. 1920. lin. 11. VRIEMOET.) Poftea hoc Specimen fecuti funt *Leouardiae* a. 1758. *in* 4. eiufdem *Athenarum Frifiacarum libri* II. quorum alter brevem Academiae Franequeranae hiftoriam, alter Profefforum, Secretariorum et Bibliothecariorum complectitur vitas.

Ibid. lin. antepenult.) De Academia *Glafgowienfi* nonnulla obfervantur in HVMPHREY KLINKER's *Reifen*, *Vol.* III. pag. 16. 33.

Pag. 1921. lin. 12. Ad ftatum Academie *Goettingenfis*, recentiorem accurate pernofcendum fpectant quoque praeter ECKARDI *litterarifches Handbuch* fequentes libri: *Das ieztlebende Göttingen und dazu dienende Nachrichten*, *Göttingae* 1739. *in* 8 *Gegenwärtiger Zuftand der Göttingifchen Vniverfität*, *in zween Briefen an einen vornehmen Herrn im Reiche*, ibid. 1740. GEORG MATTHIAE *Idea Profefforum academiae Goettingenfis*.. Ib 1737. in 4. cuius altera, emendatior et auctior, prodiit editio a. 1738 in 4. Noviffime, paulo poft cum Tomus hic ultimus Biblioth. litterariae prodiiffet, accepimus Viri illuftris, IOH. STEPHAN. PÜTTERI, *Verfuch einer akademifchen Gelehrten-Gefchichte von der Georg Auguftus Univerfität zu Göttingen*, *Ibid.* a. 1765.

a. 1765. *in 8. mai.* Optandum eſt, ut hoc inſtitutum valde probandum mox ſupplementa ſequantur neceſſaria. Priſcam ſcholae Goettingenſis faciem et potiora fata ſtudioſe enarravit CHRISTOPH. AVG. HEVMANNVS in diſſertatione, quae exhibet *ſupplementa hiſtoriae litterariae Göttingenſis.* Goetting. 1755.

Ibid. lin. 18. in f.) Laudat etiam hoc de argumento. IOH. SCHOOCKII *Belgium foederatum* Celeb. FRIDER. WILH. PESTELIVS *Commentar. de Republica Batava* p. 99. Editus elegans liber *Lugd. Batav.* 1782. *in 8. mai.*

Ibid. lin. 27. Complura etiam, eaque lectu digniſſima, de hac ipſa Academia memorantur in ENGELBRECHTI *Delineatione ſtatus Pomeraniae Suethicae, pag.* 331-364.

Pag. 1923. lin. 4. add. Prodierunt quoque *Hafniae* a. 1778. *Acta litteraria Vniverſitatis Hafnienſis,* quibus in fine adiecta ſunt Programmata varia, quae recentiſſimum huius Academiae ſtatum concernunt. De quo libro legantur *die Götting. gel. Anzeig.* a. 1778. *Scid.* 38.

Pag. 1925. lin. 8. in 4.) Noviſſime in *Hiſtoria et Commentationibus Academiae Electoralis ſcientiarum et elegantiarum litterarum Theodoro-Palatinae Volumine* I. *Manhemii* a. 1766. *in 4.* exhibito, CHR. IACOB. KREMERVS eadem de Vniverſitate, anno 1386. a Ruperto I. Electore condita, egit adcuratius a. pag. 373. ad pag. 425. Hiſtoriam huius inſtituti litterarii data opera confecit olim et ad ſua deduxit cet.

Ibid. lin. 12. p. 81.) Huc etiam pertinent WVNDII Progammata duo *de origine et progreſſu facultatis iuridicae in Academia Heidelbergenſi, Heidelb.* 1778. plag. 18. in 4. de quibus referunt *die Frankfurter gel. Zeitung.* a. 1778. *Scia.* 85. Edidit quoque idem vir doctus iam a. 1775. Programma huc ſpectans *de Marſilio ab Inghen, primo Vniverſitatis Heidelbergenſis Rectore.*

Rectore. Ibid. vid. *Ienaisch. gel. Zeitung.* a. 1775. *Scid.* 28. pag. 222. seq.

Ibid. lin. 13. *Helmstadiensis*) Introductione, et promulgatione privilegiorum, historica narratio prodiit *Helmstadii* a. 1579. *in* 4. Tum eiusdem primordia cet.

Pag. 1926. lin. 6. praefixa.) Memoratur in hoc Catalogo, qui *Helmstadii* a. 1764. prodiit, *pag.* 23. Frobesium in Manuscripto reliquisse *Academiae Iuliae, quique a prima eius origine ad nostra usque tempora* (ad a. 1756.) *in eadem docuere*, *Professorum historiam*, quae etiam, uti ibid. memoratur, continet varias exterorum epistolas huc spectantes; et *Annales academiae Iuliae*, h. e. *rerum in acad. Iulia*, *inde a prima eius origine* (A. 1576.) *ad praesens usque tempus* (A. 1756.) *gestarum memorabilium secundum annorum seriem digestam recensionem. In fol.* Audivi, haec duo Manuscripta in exterorum manus pervenisse. Dolendum igitur, eadem non retinuisse, Academiam Iuliam, ubi vir harum rerum satis peritus, facili negotio explere manca potuisset, opusque typis imprimendum tradere. Praeterea edidit GEORG. SAM. TREVERVS *Annalium acad. Iuliae Semestria* XV. ab a. 1720. usque ada. 1728.

Pag. ead. lin 31. consuevit.) Ad antiquiorem huius Academiae a. 1548. conditae ac decennio post solemniter dedicatae, historiam cognoscendam utiliter adhiberi potest ADRIANI BEIERI *Syllabus Rectorum et Professorum Ienae in studio generali*, *Iudicum in Iudicio provinciali*, *Ordinariorumque in facultate Iuridica*, *Pastorum et Diaconorum in Templo. Ienae* a. 1659. in 12. Raro tamen hodie obvius est hic liber iustae molis. Huc quoque pertinet liber a IOH. CHRIST. MYLIO publicatus, sub titulo: *Das im Jahr* 1743. *blühende Jena* ibid. 1744. in 8. cuius supplementa quoque ibidem prodierunt a. 1749. usque ad hunc ipsum annum. Novissime in hoc argumento adcurate versatus est Perillustris olim vir, nunc vivis ereptus,

ACHAT.

ACHAT. LVDOV. CAROL. SCHMIDIVS. *Ienae* nimirum a. 1772. *in 8.* eius ex ſcriniis prodiit *Zuverläſſige Nachricht von der Verfaſſung der Herzogl. Sächſiſchen geſammt Academie zu Jena, aus Acten und andern Urkunden gezogen,* cuius libri, ad cognitionem huius Academiae utiliſſimi iam ſupra mentio facta. Cf. NICOLAI *Beſchreibung ſeiner Reiſe, Vol. I. p.* 52. ſq. Anno 1758. celebrata fuit memoria biſſaecularis huius Academiae, de quo Iubilaeo Academico legi poſſunt uberius *Acta ſacrorum Academiae Ienenſis ſecularium, Ienae* a. 1760. in 4 edita et b. *Baſilii Bernh. Chriſt. Wiedeburgii Nachricht von denen Feyerlichkeiten, mit welchen das Andenken der vor zweyhundert Jahren erfolgten Einweihung der Jenaiſchen Academie begangen worden. Iena*, 1759. *in 4.* Leguntur in priori ſcripto praeter CAROLI GOTTHELF. MÜLLERI Orationem ſaecularem plauſus votivi exterarum Academiarum tunc temporis Ienam tranſmiſſi, orationes in aliis Academiis ſacrorum Ienenſium ſecularium celebrandorum cauſa habitae et commentationes memoriae eorundem conſecratae una cum Orationibus ſacris et aliis hac occaſione Ienae habitis, quibus in fine acceſſit celeb. IOH. GOTTFRID. MÜLLERI *Syllabus Profeſſorum Ienenſium ab ipſa Academiae dedicatione uſque ad a. 1758.* iuxta ordinem facultatum diſpoſitus, et memoria Profeſſorum huius Academiae, qui ſacris his ſecularibus interfuerunt. Ex ſcriptorum hac occaſione publicatorum numero imprimis ſequentia ad Hiſtoriam Academiae Ienenſis uberius illuſtrandam pertinent: IOH. HENRIC. ASEELEN *Ienenſ. notatu dignis obſervationibus expoſita. Lubecae*, in qua erudita commentatione vir quondam doctiſſimus de Lutheri colloquio Ienae cum Carolſtadio, de meritis Theologorum Ienenſ. in Lutheri Opera et ſcripta, de variis Theologorum Ienenſium Manuſcrip. et de Iuſto Lipſio, Ienae quondam Profeſſ. ac Sebaſt. Niemanno Lubecenſi, Theologiae Profeſſore et Superintenden-

te

te Ienensi egregia attulit. Vid. Acta memorata pag. 219 - 241. IOH. ACHAT. FELIC. BIELCKII *Comment. de memorabilibus temporum, quibus Ienensis Academia florere coepit eiusque Professorum in Philosophiam et Theologiam meritis*, quae exstat in Actis citatis pag. 267 - 288. et LVDOV. HENR. SCHROETERI oratio Vitembergae in memoriam *Iohannis Schröteri*, primi Academiae Ienensis Rectoris habita, in qua de meritis eiusdem Viri in hanc Academiam egregie tractatur. Vid Acta laudata pag. 179 - 198. Caeterum legantur de huius Academiae praesenti statu omnino NICOLAI *Reisen*, *Volum.* I. *pag.* 52. seq.

Pag. 1927. lin 8. §. 14. *Rotmari* opus nuper edidit IOH. NEPOMVCK MEDERERVS s. t. *Annales Academiae* a. 1772. quod *in 4. Annalibus litteraturae Bavaricae*, qui a. 1781. *Norimbergae* lingua Germanica prodire coeperunt, exhibentur etiam *Nachrichten von der Universität Ingolstadt.*

Ibid. lin. 16. leg. Holsatiae.

Ibid. lin. 21. p. 372. seq) Pleniorem adcuratioremque huius Academiae historiam litterariam nunc meditatur dignissimus eiusdem Professor, variisque iam scriptis *Ingolstadiensis* ab a. 1472. usque ad a. 1772. quod opus Partibus prodiit *Ingolstadi* 1782. *in 4.* clarissimus, VALENT. AVG. HEINZIVS, editoque haud ita pridem Programmate germanico, instituti sui rationem indicavit. Quod, ut feliciter persequatur celeberrimi Parentis filius, in votis mecum habebunt omnes horum studiorum amatores.

De Academia *Lausannensi* conferatur SVLZERI *Reise*, pag. 35.

Nova Academia *Lembergensis* in Polonia Austriaca referentibus litteris publicis die 16. mensis Novembris a. 1784. solenniter Musis dedicata fuit auspiciis Iosephi II. gloriosissimi Imperatoris Romano - germanici.

Pag.

Pag. 1928. memini. Particulam quandam huius argumenti eleganti stilo exposuit IOH. GOTTLOB. BOEHMIVS in *Opusculis* academicis *de litteratura Lipsiensi*, *Lipsiae* a. 1779. *in 8. mai.* editis, in quibus praecipue de conditoribus huius Almae Musarum sedis, Philippi Melanchtonis in Academiam Lipsiensem meritis et aliis, quae ad hoc argumentum spectant, commentatus est.

Ibid. lin. 21. *describuntur.*) Recognitus liber hic auctusque prodiit cura CHRISTIANI a LANGENDONCK ibid. 1667. in 4. Huc tandem cet.

Pag. 1929. lin. 9. p. 129. *seq.*) Prohibuerunt nuper Ordines, ne quidquam fieret in fraudem huius praestantissimae Vniversitatis, Guilielmi I. Principis Arausiaci suasu conditae, cum a. 1767. privatus quidam Belga quater centena ac viginti Florenorum millia legasset eo quidem consilio, ut nova *Zirksεae* in Seelandia Academia constitueretur, sex eidem Professoribus adsignatis. Qua de re vid. laudatus PESTELIVS *loc. cit.* pag. 102.

Ibid. lin. antepenult. Continuationes,) in quarum postrema vitae Professorum plerorumque memorantur. Legi quoque cet.

Pag. 1930. lin. 31. praeconem. Nec pauca sane, ad illustranda quaedam capita de huius Vniversitatis historia attento Lectori obveniunt in *der documentirten Geschichtserzählung von der* 1650. *gänzlich aufgehobenen gemeinschaftlichen Universität zu Marburg* caet. a. 1738. *in fol.* de quo scripto auctoritate aulae Hasso-Darmstadiensis divulgato copiosius differitur *im Göttingischen Abriß von dem neuesten Zustande der Gelehrsamkeit* caet. *Part.* VII. *pag.* 719-737.

De Academia *Milanensi* varia attulit VOLKMANNVS in *Nachrichten von Italien*, Tom. I, pag. 71, 282. qui etiam memorato in Tomo pag. 422 - 451, varia de Vniversitate litteraria *Modenensi* observavit.

Pag.

Pag. 1931. lin. 12. Renovata est haec Academia *Moguntina* d. 15. Novembr. a. 1784. quae solemnitas variis scriptis occasionem dedit, in quibus nova eius ratio plene et accurate describitur. Plenius et uberius haec ipsa scripta recensentur in *Ephemeridibus litterariis Ienensibus* a. 1785. *Scid.* IV. *pag.* 25. *seq.* et *Gothanis* eiusdem anni, *Scid.* II. *pag.* 9. *seq.*

Ibid. lin. 21. *in fol*) De Vniversitate *Moscoviensi* in regione Belgerodana, auspiciis Elisabethae Russorum Imperatricis a. 1755. condita vid. BERNOVLLII *Reisen*, *Part.* V. pag. 219-227.

Mussipontana apud Lotharingos *anno* 1582. erecta, et nunc inde ab a. 1768. Nanceum translata, ad Patres olim e Societate Iesu pertinuit. De ea nonnihil in *Erectione et fundatione generalis Studii*, *seu Academiae privilegiatae Pontismussani in Lotharingia* a. 1583. *in 12.* a PETRO GREGORIO, Icto, edita legitur. Conf. etiam DVRIVALII (*Du* RIVAL) *Description de la Lorraine*, *Nanceii* a. 1778. *Vol.* III. in 4.

Oenipontanae Vniversitatis succinctam historiam parat et proxime Vol. 2. in 4. divulgabit im *Journal der Litteratur und Statistik*, doctissimus Professor, IGNATIVS *de* LVCA, idque anno 1782. praestitit in huius ipsius Diarii Volumine I. Nuper vero innotuit, eandem Vniversitatem m. Septembr. eiusdem anni sublatam, et in Lyceum commutatam fuisse. Plura de hac Academia disseruit BREHMIVS in *den Alterthümern und der Geschichte der hohen Schulen*, *Volum. I. pag.* 321. *seq.*

Osnabrugi floruisse quondam Academiam anno 1630. solemni ritu inauguratam, constat ex scripto antiquo, quod inscribitur: *Academia Carolina Osnabrugensis*, edito a. 1630. quae vero iam a. 1633. evanuit. Plura de hac ipsa Academia et memorato libro memorat IOH. CHRISTOPH. KOECHERVS in *Zufälligen Gedanken von Academien*, Ienae 1734. Vberiorem historiam

ſtoriam huius Academiae debemus eidem KOECHERO, quam HEVMANNVS editioni ſuae Antiquitatum Conringii academicarum pag. 125-142. in Appendice inſervit.

Pag. 1932. ad finem §. III.) Pluribus ea quae in hac Academia ſunt conſpicua, in uſum peregrinantium diligenter ſunt expoſita in libello Anglice conſcripto; *A pocket comparation for Oxford, or guide through the Vniverſity containing an accurate deſcription of the public edifices*, cum iconibus aeri inciſis. *Oxoniae* 1769. 8. Exſtant quoque *Pareibolae* ſive *Excerpta ex corpore ſtatutorum Vniverſitatis Oxonienſis, Oxoniae* ex theatro Sheldoniano editae a. 1691. *in 8.* Noviſſime de praeſenti huius Academiae ſtatu memorabilia nonnulla ſcripſit BIOERNSTAEHLIVS *in den Briefen auf ſeinen Reiſen, Volum.* III. *pag.* 252. ſeq. 285. et 294. *edit. Germanicae.*

Pag. 1933. lin. 21. Plura de Academia *Patavina* obſervavit VOLKMANNVS in *Nachrichten von Italien, Tom.* I. *pag.* 71.

De Vniverſitate *Parmenſi* legatur idem VOLKMANNVS loc. memorato, Tom. I. pag. 368. ſeq. 382. ſeq.

Pag. 1934. lin. 19. Tomis II.) Tomos III. memorat BERNOVLLIVS Volum. II. *pag.* 646. *der Zuſätze zu den neueſten Nachrichten von Italien.*

Pag. 1935. lin. 22. Alia plura de hac Academia memoratu digna obſervant VOLKMANNVS in *Nachrichten von Italien, Tom.* I. *pag.* 677. IAGEMANNVS in *Briefen über Italien, Volum.* I. *pag.* 222. Vid. quoque *Gentlemans Magazin*, a. 1776. *pag.* 300.

Pragenſis Academia nuper ſcriptorem nacta eſt egregium, ADAVCTVM VOIGT, cuius ſpecimen I. *einer Geſch. der Univerſ. zu Prag* inſertum fuit a. 1776. 8. mai. Vol. II. pag. 287-391. *der Abhandlungen einer Privatgeſellſchaft in Böhmen.* Ibidem promiſit etiam vir

iste doctissimus *pag.* 289. *tres* adhuc *Sectiones*, quibus integra huius Vniversitatis perantiquae historia exponetur. Idem argumentum, ad sua usque suprema fata persecutus est BALBINVS in *Parte* I. *pag.* 1 - 103. *Bohemiae doctae* cuius Operis iam facta mentio *Tom.* II. huius Bibliothecae *cap.* VII. §. 12. sub finem. Conf. etiam ad hunc articulum BREHMII *Alterthümer und Geschichte der hohen Schulen*, ubi statim in principio libri fragmentum primum exstat de hac Vniversitate, cuius potiora ex BALBINI *Bohemia docta* excerpsit. Exstat quoque praeterea *Programmatum Academiae Pragensis quinquennalium cum semestri*, *sub variis Rectoribus* cet. *Fasciculus collectus* studio et opera BOHVSLAI MATTHIAE GICZINSKY, excusus Pragae 1616. *in* 8. Recensetur hic liber in ADAVCTI VOIGT a S. GERMANO *Actis litterariis Bohemiae et Moraviae Volum.* I. *Part.* I. (*Pragae* 1774. 8.) pag. 51 - 62.

Pag. 1936. lin. 10. Inter recentiores hac de Academia Scriptores nunc est merito referendus clariss. GOLDBECK. Labor eiusdem viri admodum probabilis, *Lipsiae* ac *Dessauiae* a. 1782. *in* 8. sic inscribitur: *Nachrichten von der königlichen Universität zu Königsberg* cet. Summa capita recensent Auctores *des Kielischen Litteratur-Journals*, a. 1783. *Part.* IV. *pag.* 301. seq.

Ibid. lin. 25. *decrescens.*) seu de origine, progressu, fatis et statu Vniversitatis. *Rintel.* cet.

Ibid. lin. 27. historia) levi penicillo delineatur cet.

Ibid. lin. 29. *p.* 625. *sq.*) Locum deinde priorem nactum est id ipsum in Auctoris *Parergis*, *Rintelii* a. 1717. *in* 4. exhibitis. Omissa tamen hic privilegia Caesarea, cum Professorum Catalogo, quae priori editioni accesserant. Sic cet.

Pag. 1938. lin. 17. memorari) Dictum est de hoc opere iam supra in his supplementis ad pag. 879. huius Biblio-

Bibliothecae litterariae. Anno 1743. et 1744. itemque 1747. et 1748. plagularum cet.

Pag. 1939. post lin. 30. Exeunte anno 1781. Academia militaris Carolina *Stuttgardiensis* ab Augustissimo Imperatore Iosepho II. omnia privilegia Vniversitatis litterariae accepit, at sine Facultate, ut vulgo dicitur, theologica. Catalogus praelectionum anno sequenti publice propositus, exstat *im Deutschen Museo* eiusd. anni *Part.* V. pag. 455.

De Vniversitate *Sienensi* egerunt VOLKMANNVS in *Nachrichten von Italien Volum.* I. *pag.* 780. et celeb. IAGEMANNVS in *Briefen über Italien, Band* I. *pag.* 242.

Pag. 1940. lin. 16. adspexit.) Anno 1770. instaurata fuit publicaeque utilitati adcommodatior facta haec Academia, auspiciis Mariae Theresiae Imperatricis, simulque Bibliotheca, in eius usum comparata, quae, ad delectum librorum quod attinet, caeteris omnibus Italiae Bibliothecis palmam reddere dubiam dicitur, ut iam supra Volum. II. huius Bibliothecae ex BERNOVLLII *Zusätzen zu den neuesten Nachrichten von Italien*, *Vol.* II. pag. 756. observavi, Idem paginis sequentibus Professores Academiae eorumque scripta, recenset.

Pag. 1941. lin. 30. Post hunc scriptorem cum plausu publico eodem in argumento versatus est iam alibi laudatus BOCKIVS, edita ibidem a. 1774. *in 8. mai.* sermone Germanico *succincta historia huius Vniversitatis litterariae* Anno 1776. singulari aliquot plagularum *in 4.* Opusculo *Tubingae* indicavit GODOFR. DAN. HOFFMANNVS, diem m. Iulii tertium a. 1477. verum Academiae huius natalem esse, quod antea incertum erat. Titulus est: *von dem eigentlichen Stiftungstage der Eberhard-Carls Universität.* Varias passim de aliis Vniversitatibus litterariis Observationes intermiscet, non ubivis obvias, et §. XIX.

 ipsos

ipſos Eberhardi Codicillos profert, qui deſiderabantur in Tabulario academico, caſu quodam repertos in antiquo libro Stipendii Martiniani. Statuta renovata Vniverſitatis *Stuttgardiae* a. 1752. in 4. prodiere. Noviſſimi Iubilaei academici, a. 1777. celebrati, deſcriptio germanica *Tubingae* anno ſequenti *in 4. mai.* edita eſt, hoc quidem titulo: *Beſchreibung des dritten Iubelfeſts der Herzogl. Würtembergiſchen Eberhard-Carls Univerſität zu Tübingen.* 1778. *mit den nöthigen Beylagen.* vid. *Götting. gel. Anzeigen*, a. 1779. *Scid.* 129. 130. Occaſione huius Iubilaei varia ſcripta fuerunt edita, quae hiſtoriam Vniverſitatis huius egregie illuſtrant. Prodierunt enim ſequentia: *Ehrengedächtniß Eberhards, des Stifters der hohen Schule und der rühmlichen Erlangung ſeiner herzoglichen Würde bey Gelegenheit des dritten Univerſitäts Jubilaei aufgerichtet von dem damahligen Prorector derſelben D. G. D. Hoffmann. Tubing.* 1777. Eiuſd. *Miſcellanea quaedam hiſtoriae Vniverſitatis Tubingenſis* cet. *Ibid.* 1777. STROEHLINI *Carmen heroicum* ſeculare *de origine et incremento Vniverſitatis Tubingenſis Eberhardino-Carolinae. Ibid. eod. Antiquae et longe celeberrimae Eberhardino Carolinae litterarum Vniverſitati ſacrum ſaeculare tertium gratulatur collegium Oſnabrugenſe* — interprete IOH. FR. WAGNERO. *Vlmae* 1777. *fol.* Quae ſcripta minora recenſentur in *den Frankfurter gel. Anzeigen*, a. 1778. *Scid.* 85.

Hiſtoriam Academiae *Turinenſis* illuſtravit praeter VOLKMANNVM in *Nachrichten von Italien*, *Band* I. *pag.* 71. 197. *ſq.* SVLZERVS in *ſeiner Reiſe*, *pag.* 193. ſeq.

Pag. 1942. lin. 16. alienum.) Nunc eadem Vniverſitas, auſpiciis Mariae Thereſiae Auguſtae, *Budam* tranſlata, ac menſe Iunio a. 1780. ſolemniter ac ſplendide dedicata Muſis fuit.

Pag. 1943. lin. antepenult. monumentis.) Breviter eandem exhibuit hiſtoriam FRANC. FERD.

SCHROET-

SCHROETTERVS in *Ratione ſtudii iuridici in Vniverſitate Vindobon. ibid.* a. 1775. *in 8. mai.* excuſa. Simile argumentum pertractant ANTONII *de* STOERCK *Inſtituta facultatis medicae Vindobonenſis. Vindob.* 1775. *in 8. mai.* cum *fig. aeneis.*

Pag. 1944. lin. 8. *anno* 1755.) Multa etiam ſingularia de noviſſimo ſtatu Vniverſitatis huius litterariae, quae tantos habet reditus, quantos nulla inter Germanicas alia, doctiſſimus NICOLAI congeſſit *in der Beſchreibung ſeiner Reiſe durch Deutſchland, Volum.* IV. *pag.* 682-765.

Ibid. lin. 22. Academiae) a. 1476. conditae a Stenone Sture origine cet.

Pag. 1945. lin. 12. *Vpſaliae*) ſeu Holmiae potius. Diſſertatio cet.

Ibid. lin. 16. occurrit.) Mox duae adhuc Partes acceſſiſſe, lege in *Catalogo librorum Morelliano, Hafniae* a. 1772. edito; *Part.* I. *pag.* 683. Accepi etiam de Vniverſitate Vpſalienſi ſatis eſſe diligenter actum in *Parte* II. *Deſcriptionis Vpſaliae*, lingua Suecica ibidem a. 1769. *in 8.* excuſa. Plura eaque memoratu digna de praeſenti huius Academiae ſtatu obſervavit cel. CHRISTOPH. WILHELM. LÜDEKE in *Allgemeinen Schwediſchen Gelehrſamkeits-Archiv*, ad ann. 1781. Lipſ. 1784. *pag.* 215 — 227.

Ibid. lin. 32. non aliena.) Continuavit hunc laborem per integrum ſaeculum CHRISTIAN. SIGISM. GEORGIVS, quippe cuius *Annales Academiae Vitembergenſis, ibid.* a. 1775. *in 4. mai.* cum XI. tabulis aeneis lucem adſpexere. Poſt obitum Auctoris filius ad annum uſque 1772. perduxit ERNEST. GODOFRED. CHRIST. SCHROEDERVS. Praefationem ſatis amplam praefixit ERNEST. GODOFR. CHRIST. KLÜGELIVS, Anteceſſor Academiae patriae, in qua Scriptores rer. Vitembergenſium recenſentur adcuratius, praeeunte tamen KREYSIGIO. Interim addi meretur, hoc Opus

V 3 Geor-

Georgianum difficulter a me comparari potuisse; quia sumtu Auctoris prelo traditum in tabernis librariorum vix obvium esse solet. Addantur cet.

Pag. 1955. lin. 5. litterarias.) Huc quoque spectat societas litteraria a Carolo Magno instituta, de qua elegantem orationem edidit IOH. MATTHIAS VNOLDVS Ienae 1752. in 4. Maioris cet.

Pag. 1956. lin. 16. *p.* 246. *sq.*) Legi merentur etiam de hisce academiis Italorum, quae exstant in *Mercure de France* a. 1732. *m. Januar*, *pag.* 119-127. itemque a. 1739. *m. Decembr.* p. 2767 — 2776. DOMINICI GISBERTI, a. 1673. adhuc vivi, *Istoria delle Accademie d' Italia*, manu exarata in Bibliotheca fuit *Mazzuchelli*, Comitis Brixiensis. Vid. BERNOVLLII *Zusätze zu den neuesten Nachrichten von Italien*, *Vol.* II. p. 735.

Pag. 1957. lin. 2. p. 269.) Quod attinet ad Societatem litterariam *Augusta-Taurinensem* exstant *Miscellanea philosophica-mathematica societatis privatae Taurinensis* a. 1759. edita et eiusdem *Melanges de Philosophie et de Mathematique.* Varia de eadem observarunt VOLKMANNVS in *Nachrichten von Italien*, Band I. *pag.* 225. Academia Scientiarum quae *Bologna* floret, cum Instituto notissimo coniuncta est. Commentationum eius iam sex Volumina *in* 4. latine prodierunt. Conf. de eadem pluribus VOLKMANNI *Nachrichten von Italien*, *Vol.* I. pag. 440. et 493. *seq.*

Pag. 1959. lin. 10. *in* 8. *mai.)* iterumque a. 1767. Potiora cet.

Ibid. lin. 20. *p.* 602.) Nunc praestat vero recentissimum Opusculum: *Notizie dell' origine, e de' progressi dell' Instituto delle Scienze di Bologna*, ibid. a. 1780. *in* 8. cum tabulis aeri incisis. Sed fundamentum eius est BOLLETTI labor nonnihil amplificatus tantum, et ad recentissimam usque aetatem productus.

ductus. Conf. *Götting. Anzeig. von gel. Sachen* a. 1781. *Part.* 45. *pag.* 361.

Pag. 1961. lin. 1. *Etrusca* vocata.) Biennio post accepit a *Baldello* non selectam tantum Bibliothecam, sed insigne quoque Museum rerum antiquarum, quas idem per longum temporis spatium Romae versatus apte collegerat, statuas scilicet minores, Idola, inscriptiones, urnas, vasa, vetustiores Codices manu scriptos, et alia plura. Haec ipsa ornamenta mirifice semper auxit Academicorum societas, et publica effecit, ab unoquoque conspicienda. Locus, in quo sunt reposita, *Galleria del Publico* dicitur, cumque ipsa Bibliotheca est coniunctus, in qua singulis mensibus commentatio erudita recitari solet. Plura de Museo suppeditantur in ANTON. FRANC. GORII *Museo Etrusco*, *Florent.* a. 1737. *Tomis* III. *in folio*, et in *Museo Cortonensi*, *Romae* a. 1750. ead. forma edito. Conf. etiam IOH. IAC. VOLKMANNI *hist. crit. Nachr. von Italien*, *Vol.* III. *pag.* 411. seq. Praecipuus labor cet.

Ibid. lin. 8. VI. 1751.) VII. vero aliquot annis post in 4. cet.

Ibid. lin. 9. plurimis.) Praeterea exstat collectio commentationum eius sub titulo: *Museum Cortanense in fol.* Vid. cel. IAGEMANNI *Briefe über Italien, Band* I. *pag.* 243. Vid. cet.

Ibid. lin. 24. Nunc, cum haec supplementa scribo, certior factus sum, fuisse Florentiae Academiam Platonicam. Memoravit eandem praeter alios VOLKMANNVS in *Nachrichten von Italien*, *Band* I. *pag.* 636. et pluribus de hoc argumento conferendus erit Commentarius *de Platonicae Philosophiae post renatas litteras apud Italos restauratione*, *s. vita Marsilii Ficini*, auctore IOH. CORSIO, Patricio Florentino, quem nunc primum in lucem edidit ANGEL. MAR. BANDINIVS, *Pisa*, a. 1771. *in* 8. Prostant etiam *Acta* Academiae Platonicae a Cosma excitatae in *Specimine Litteraturae*

Florentinae Saeculi XV. ab eodem BANDINIO *Florentiae*, 1748. *in 8. mai.* edito. Vid. ibidem praecipue *pag.* 71. ſq.

Pag. 1964. lin. penult. p. 422.) Idem noviſſime adfirmavit VOLKMANNVS *Vol.* I. *pag.* 639. ex editione ſecunda *der hiſt. crit. Nachr. v. Italien*, ubi et celeberrima apud Italos omnium ſocietatum vocatur.

Ibid. lin. ultim. medium.) Anno 1766. egregie recoluit memoriam Franciſci I. Imperatoris quondam Romano-Germanici. Caeterum plura de hac Academia obſervata legi queunt in *Gentlemans Magazin*, a. 1776. pag. 298. 300. et VOLKMANNI *Nachrichten von Italien*, *Vol.* I. *pag.* 614. 636. *ſeq.*

Pag. 1965. lin. 3. Cardinali.) Primam originem acceptam refert congregationibus iam a. 1651. in palatio Principis iunioris Ferdinandi de Medicis inſtitutis. Membra eius fuerunt *Viviani*, *Paolo*, *del Buono*, *Ioh. Alph. Borelli*, Comes *Magalotti* et alii. Interim tunc temporis ſtatuta huius Academiae nondum erant in ordinem redacta, neque forma eius et ratio apte compoſita, ſed congregationes memoratae tantum ſponte a membris eius inſtituebantur. Quae refert VOLKMANNVS loc. citato *Volum.* I. *pag.* 636. ſeq.. Nunc fore ſpes eſt, ut auſpiciis hodierni Principis reſuſcitetur, maioremque ad ſplendorem exſurgat haec Academia.. Cf. BERNOVLLII *Zuſätze zu den neueſt. Reiſebeſchreib. v. Italien. T. 1. p. 250.* Prima cet.

Ibid. lin. 13. MAGALOTTI.) cui pleraque debentur. *Il écrivit l' hiſtoire de ces Expériences avec tant de ſoin et de Politeſſe, que la* Cruſca *l' allégue très ſouvent comme un modéle du plus pour Italien*, verba ſunt Auctorum *de la Bibliothéque Italique*, *Tom.* VI. *pag.* 235. Id peritiores nunquam negarunt, inveniri hic multas in rebus naturalibus veritates, antea penitus incognitas. Exſtare altera etiam editio fertur, ibidem a. 1691. abſoluta. Vid. de hoc libro cet.

Pag. 1967. ad finem §. VIII.) *Mantuae* a. 1767. ab auguſtiſſima Imperatrice ac Regina, MARIA THE-

RESIA

RESIA, *Academia Scientiarum* et *Artium elegantiorum* felicibus condita est auspiciis, uti memoratur in cel. SCHLOEZERI *Briefwechsel*, *Part.* II. *pag.* 160. Anno 1771. agitatum est serio de instruenda Bibliotheca copiosissima.

Ib. lin. 27. *Transformator.*,) de qua plura observavit VOLKMANNUS in *Nachr. von Italien*, *Vol.* I. *p.* 307.

Pag. 1969. lin. 16. depromeret.) Ipsa Comes *Clelia Borromea*, quae fere centesimum annum vitae suae a. 1776. attigerat, varias linguas callebat, et notitia plurimarum scientiarum erat imbuta. Patrona erat doctorum virorum, unde propositum erigendi Academiam scientiarum, quae esset ad formam Londinensis composita. Refert haec VOLKMANNUS in *Nachricht. von Italien*, *Volum.* I. *pag.* 308. *not.*

Pag. 1971. lin. 13. p. 60. *seq.*) et SAXIUS l. c. p. 1967. huius Tomi.

Pag. 1973. Huc quoque referas Academiam *dell' Innominati*, quae iam ante ducentos annos exstitit clarissima. Vid. VOLKMANNI *Nachrichten von Italien. Vol.* I. *pag.* 377.

Pag. 1988. lin. 5. *Arcadi*) *ibid.* 1718, et a. 1721. in 8. Partem I. inscriptam *Latina* cet.

Pag. 1989. lin. 1.) leg. quem libellum nunc novem dialogos in editione Veneta anno 1730. Operis *delle volgar Poesia* exhibentem *Volum.* VI. *pag.* 1 - 190. recensent Lipsienses cet.

Ibid. lin. 18. p. 518.) Leges Academiae, cum amplissima de eadem notitia, suppeditat MOREI in *Memorie istoriche dell' Adunanza degli Arcadi*, Romae 1761. Vid. hoc et loco VOLKMANNUS *Volum.* II. *der hist. crit. Nachr. v. Italien*, *pag.* 778 - 782. ubi simul observat, admodum infractam esse hodie gloriam Arcadum, neque multum redundare honoris in eum, qui socius cooptatur. Facile nimirum, paucis persolutis aureis, hunc ipsum acquiri posse, et custodem

praebere saepenumero indecori diplomatum commercii suspicionem. Plura de hac Arcadum Academia idem VOLKMANNVS observavit loc. cit. *Vol.* I. *pag.* 71. seq.

Pag. 1990. ad lin. antepenult. p. 376.) Academiae *dei intronati* (Inconsultorum) Socii, quibus Satyrica cognomina placuere, adhuc nonnunquam conuenire solent. Fructus conatuum litterariorum sunt *Fasti Senenses*, eleganter excusi, teste VOLKMANNO *Vol.* I. *pag.* 779. ex edit. secunda *der Nachr. v. Italien.* Ad eos pertinet theatrum in curia civitatis erectum. Praeter hanc societatem litterariam VOLKMANNVS memorat Senensium Academias *dei Rozzi*, quae in re dramatica excolenda occupata est, et proprium sibi theatrum habet, in quo socii eius conveniunt; *dei Innominati*, quae congregatur in Collegio Tolomei et litteris elegantioribus operam navat; *Filomati*, quae teste eodem hoc tempore evanuit; et Academiam *physico-criticam*, cuius iam Volumina V. forma quadripartita sub titulo: *Atti dell' Academia Fisicocritica di Siena in 4.* prodierunt. Vid. VOLKMANNI *Nachrichten von Italien loc. cit.* et IAGEMANNI *Briefe über Italien*, *Volum.* I. *pag.* 242. Quibus Academiis Senensibus subiungas adhuc *Botanicam*, quae nomine *degli Ardenti* est insignita.

Taurinensis elegantiorum litterarum Academia nunc inter optimas totius Italiae refertur. Multum praeclari de eadem narravit SVLZERVS in *Itinerario* suo.

Pag. 1992. ad finem §. XII.) De aliis fere innumeris Italorum litterariis societatibus conferantur. VOLKMANNI *Nachrichten von Italien*, *Tom.* I. *pag.* 71. *seq.*

Ibid. lin. antepenult.) leg. ingrederentur Germani nostri.

Pag. 1995. lin. 9.) leg. Princeps Anhaltinus cet.

Pag.

Pag. 1996. lin. 20. Opusculum) Perperam ita scripsi. Est utique Volumen plagularum centum ac duarum. Continet centuriis quatuor cuiuslibet Socii symbolum aeri incisum, octoque versiculis Germanicis ilustratum. Et horum quidem symbolorum proferuntur quadraginta. *Der* cet.

Ib. lin. 32. fuere) Novissime cel IOH. MICH. HEINZIVS vir mihi amicissimus, in Programmate germanico, *Vinariae* a. 1780. in 4. edito, potiora de illustri hac Societate in memoriam revocavit. Anno deinceps sequenti varia ex Actis publicis, quae Vinariae asservantur, addidit.

Pag. 1996. ante lin. antepenult.) Caeterum plura ad historiam huius Societatis litterariae spectantia observavit cel. GOEKINGK in *Journal von und für Deutschland*, *Part. III. num. 3.* p. 233. sq.

Pag. 1999. lin. 11 p. 475) item LOCHNERI *Samml. merkwürdiger Medaillen*, *Vol.* VIII. *ad a.* 1744. p. 313. ubi numisma elegans, primo Societatis saeculari festo cusum, describitur, et STRODTMANNI cet.

Ibid. lin. 12. occurrit.) Nuper restaurata est haec Societas litteraria, et Praesidis locum hoc tempore occupat Ioh. Augustin. Dietelmeier, Prof. Theol. Altorfinus.

Pag. 2009. lin. 10. p. 196. *sequ.*) Addi possunt Epistolae familiares Liberi Baronis *a* BIELFELD, Gallice scriptae, *Volum.* II. *epist.* 61. *pag.* 142. *seq.* editionis, German. lingua exhibitae; *Gedani* 1765. in 8.

Nec tacenda est societas *antiquaria Casselensis*, anno 1777. m. Aprili a Principe Frider, instituta. Ad praecip. eandem Germaniae societates nunc esse referendam, satis comprobant *Memoires de la Societé des Antiquités de Cassel*, cuius Operis ibidem *Tomus I.* a. 1780. *in 4.* prodiit Gallice ac Germanice. Vid. die *Götting. Anzeigen von gel. Sachen*, a. 1783. *Scid.* CXL. *pag.* 1393. *seq.*

seq. Floret quoque ibidem Societas ad *excolendas artes* et *agriculturam* destinata.

Ibid. lin. 19. Post HALLERI obitum fiebat Praeses a. 1780. Princeps Brunsuicensis Ferdinandus. Collegae cet.

Ibid. lin. 34. Hambergero) (quem secuti sunt in Secretarii huius Societatis munere a. 1761. Abraham. Gotthelff Kaestnerus, a. 1762. Phil. Murray, et postea Christ. Gottlieb. Heynius) lampado cet.

Pag. 2010. lin. 1. interrupissent.) *Novi Commentarii* vero ab a. 1771. usque ad a. 1778. eadem forma Tomis VIII. subsecuti sunt. Tum successerunt *Commentationes societatis Regiae Göttingensis scientiarum*, quarum anno 1781. Volumen IV. divulgatum est.

Ibid. lin. 3. p. 395. seq.) et Illustris PÜTTERVS in *der Beschreibung von Göttingen*, pag. 250-257.

Praeter hanc illustrem Societatem floret adhuc Goettingae *Institutum Regium Scientiarum historicarum*, cuius directionem tenet Illustr. GATTERERVS. Instructa est haec Societas peculiari Museo diplomatum, Insignium et monetarum. Collegae eius *im Staatscalender* quovis anno indicantur. Plura de eodem memorat PÜTTERVS *loc. memorato pag.* 273. *seq.*

Ibid. lin. 20. post) a. 1761. Volumen Actorum alterum, quod propediem tertium excipiet. Acta huius Societatis ad a. 1776. anno sequenti ad a. 1777. a. 1778. ad a. 1778. et 1779. ibid. a. 1780. ad a. 1780. et 1781. anno 1782. in 4. mai. prodiere. Complectuntur res chymicas, historicas, mathematicas, medicas, oeconomicas et physicas. Editionem curavit HERM. ERN. RVMPELIVS, Antecessor Vniversitatis litterariae. Sociorum cet.

Pag. 2011. lin. 11. adorti.) Nunc accessit *tertia* Classis, scilicet philologica.

Ibid.

Ibid. ad finem §. XIV.) Iam insigne est huius Academiae, quae a potentissimo Conditore, *Maximilianeae* nomen accepit, Specimen *Monumenta Boica*, quorum Volumen I. *Monachii* 1763. decimum a. 1776. *in 4. mai.* prodiit, cum figuris aeneis quam plurimis. Titulus Germanicus est: *Abhandlungen der Churfürstlich - Baierischen Academie der Wissenschaften.* Successere *Neue historische Abhandlungen der Baierschen Academie der Wissenschaften*, *ibid.* 1779. *in 4.*

Monachiensem secuta est Academia Electoralis scientiarum et elegantiorum litterarum *Theodoro - Palatina*, ab Electore Palatino, Theodoro, anno 1763. Manhemii condita. Plura de eadem vid. in *Historia* et *Commentationibus* illius, Manhemii a. 1766. in 4. charta typisque elegantissimis edi coeptis, *Vol.* I. *pag.* 1 — 19. *Vol.* II. 1770. Actorum eius Tomus III. et IV. uterque mere historicus prodiit a. 1773. et 1778. *Volumen* V. etiam historicum secutum est a. 1783. Commentationes lectu dignissima, vel Latine, vel Gallice vel Germanice conscriptae.

Pag. 2016. Praeter *Lipsiensem* societatem Germanicam floret ibidem Societas liberalium Artium, Oeconomica et *Iablonowskiana* Societas scientiarum.

Pag. 2017. lin. 14. p. 709.) Plura de huius societatis historia suppeditat laudati FABRICII *critische Bibliothek*, *Vol.* II. *pag.* 544.

Pag. 2019. lin. 4. esse.) *Societas naturae studiosorum*, quae coaluit *Gedani*, circa annum 1720. cepit originem, cura IAC. THEODORI KLEINII adscitis aliis sociis, maxime IOH. PHIL. BREYNIO. Sed per septennium saltim tenuit. Anno tamen 1743. eodem KLEINIO auctore tenuit. eiusque post obitum, qui in annum 1759. incidit adhuc, ni plane fallor, viget. Iam inde ab a. 1747. Observationes suas physicas variis Voluminibus evulgavit.

Vid.

Vid. de eadem fociisque nobilioribus, IAC. BERNOVLLII *Reisen durch Brandenburg, Pommern, Preussen* cet. *Part.* I. *pag.* 227-232.

Pag. 2020. lin. 2. Plura de *societate teutonica Göttingensi* obfervavit PÜTTERVS in der *Beschreibung von Göttingen pag.* 270. *seq.*

Pag. 2021. lin. penult. Cf.) de his Societatibus generatim *die* cet.

His adiungas *Seruestanam germanicam*, cuius fcripta Germanice prodierunt Voluminibus duobus *Helmstadii* et *Magdeburgi* in 8.

Pag. 2039. lin. 18. p. 26.) Hiftoria focietatis *regiae chirurgicae Parisiensis* exftat Tomo IV. operis *Memoires de l' Academie Roiale de Chirurgie*, cui praefixa eft, qui Tomus prodiit *Paris.* a. 1768. in 4. Vid. RICHTERI *chirurgische Bibliothek, Band* I. *pag.* 1. *seq. Volumen* V. horum *Memoires* prodiit *ibid.* a. 1774. *in 4.* Vid. RICHTERVM loco memorato Band III. pag. 1. feq.

Pag. 2042. lin. 27. annum 1700.) (Eo anno coierant varii privati homines, litterarum colendarum caufa. Tum exinde a. 1724. beneficio Regio publica Societas conftituta eft, annoque 1758. cum Academia bonarum artium coniuncta. Ita relatum lego in *der Schrifttasche auf einer neuen Reise durch Deutschland, Frankreich, Helvetien und Italien, Francof.* 1780. *in 8. Volum.* I. *pag.* 30. ubi et de aliis huius urbis Societatibus breviter agitur.) Academia cet.

Pag. 2046. lin. 17. differit.) Acceffit anno 1752. *Collegium Medicum* et a. 1770. fpeciatim *Collegium chirurgicum.*

Pag. 2054. lin. 14. inferta fuit.) Plura de hac Societate regia Londinenfi memoratu digniora obfervantur in *Bemerkungen eines Reisenden, Theil* III. *pag.* 50. feq.

Pag.

Pag. 2055. lin. 28. occurrit.) Natales *Societatis antiquariae Londinensis* incidunt in annum 1572. Auctor eius fuit et conditor MATT PARKERVS, Archiepiscopus. Succinctam et accuratiorem huius instituti historiam exposuit celeb. EYRINGIVS in Illustris GATTERERI *historisch-Journal*, *Part.* V. *pag.* 1-17. Post eiusdem restitutionem et confirmationem anno 1758. peractam edidit eadem *Londini* a. 1770. *in* 4. *Archaeologiam: or miscellanecus Traits*, *relating to Antiquity*. Recensetur id ipsum Vol. loc. cit. *pag.* 17-67.

Pag. 2063. lin. 7.) Quae hic emendanda sunt iam supra exposui Tom. II. Cap. VI. sect. II. §. 12: pag. 1059. Novorum Actorum huius Societatis *Vol.* I. prodiit *Vpsaliae* a. 1773. *in* 4.

Pag. 2064. lin. 10. amantissimae,) quae a. 1782. fatis concessit, auspiciis cet.

Pag. 2066. lin. 9.) Ad societates litterarias Hispanorum referenda est quoque *Oscensis*, cuius *Antiquitates litterarias* in peculiari commentatione exposuit IOH. ADAM. EMMRICH, quae *Ienae* a. 1758. in 4. prodiit.

Pag. 2067. lin. 24. p. 537.) Conf. etiam, quae hoc ipso de instituto scite disseruit TOTZIVS in *Diurnis Hannoveranis*, *Beyträge zum Nutzen und Vergnügen* insignitis, anno 1760. *pag.* 1010.

Pag. 2068. ad finem §. XXI.) Societates Lusitaniae litterarias mox ipsis in cunis exspirasse, regno nondum satis ad eiusmodi instituta, praeparato, docet auctor, qui *Stendaliae* a. 1781. in 8. *Etwas Neues aus Portugall* edidit, *pag.* 6. Nova tamen novissime, anno scilicet 1780. mense Iulio *Lisboae* surrexit Academia Scientiarum. Sciagraphia statutorum ibidem exhibetur.

Pag. 2069. lin. 2. eius) instinctu potissimum Andreae Comitis ab Ostermann, anno cet.

Pag.

Pag. 2070. lin. 17. volumina) quorum iam a. 1773. Tomus XVII. *Petropoli* prodiit.

Pag. 2071. lin. 17. a Rasumowski) (Novo, quantum ego quidem sciam, exemplo, ab Augustissima Imperatrice praesidium Academiae delatum est a. 1783. d. 8. Febr. *Catharinae Romanownae Daschkow*, illustrissimae foeminae aulaeque Petropolitanae ornamento.) quotannis cet.

Pag. 2072. lin. 2. p. 1. seq.) De praesenti eiusdem statu, salariisque Collegarum, disserit BERNOVLLIVS *Part.* IV. *seiner Reisen*, *pag.* 10 - 39. Miseram quoque faciem eius, uti fuerit anno 1761. describit Anonymus *in den Russischen Anecdoten*, editore *de la* MARCHE, qui liber formae octuplicatae a. 1764. Germanico sermone innotuit. Ibi legenda, quae *epist.* X. *pag.* 82. *seq.* occurrunt. Dolet Auctor pag. 87. Academiae ereptum fuisse *Korfium*, Liberum Baronem, affirmatque nunquam praesidem eam habuisse, qui cum ipso comparari queat.

Ibid. lin. 19. non nemo) Is nunc quidem indicari potest; fuit scilicet PEER PLETZIVS, cui tria priora Volumina debentur.

Ibid. lin. 26. adcuratius.) Iam Clariss. Vir, VALENT. AVG. HEINZIVS, Professor Kiloniensis, ex hisce Commentariis, quorum Volumina complura hoc tempore prostant, interpretationem Germanicam scriptorum historicorum parare coepit, et Volumen primum *Kilonii* a. 1782. in 8. mai. divulgatum est, cui conatui laudabili ego felicem successum precor. Anno 1781. lingua Danica *Hafniae* in 4. successit *Pars* I. *Novae Collectionis Scriptorum*, *a Societate Regia Scientiarum exhibitorum.* Summam refert *das Kielische Litteratur-Journal*, a. 1781. *Part.* VI. *pag.* 489-527. Florere *Hafniae* quoque Societatem medicam, testantur *Acta societatis medicae Hafniensis*, quorum Tomus I. prodiit anno 1784. qui recensetur in der

Jenai-

Jenaischen allgemeinen Litteratur-Zeitung de a. 1785. Scid. 31.

Pag. 2074. lin. 4. differit.) De variis quoque Societatibus litterariis Danorum, Noruegorum et Islandorum succincte agitur in GATTERERI *historischen Journal*, *Part.* XII. *pag.* 161 - 167.

Bruxellis in Belgio Austriaco Academia Scientiarum et humaniorum litterarum ante a. 1776. instituta est. Specimina ingenii diligentiaeque eius socii iam dedere binis Voluminibus in 4., quorum prius a. 1777. alterum ibidem a. 1780. hoc prodiit sub titulo: *Mémoires de l' Académie Imperiale et Roiale des Sciences et belles Lettres.* Fata eius recentissima vid. in *dem politischen Journal*, a. 1781. m. Decemb. p. 495.

Ibid. lin. antepenult. a. 1760.) Pars IX. duobus Voluminibus 1766. Pars XIX. duobus Voluminibus, 1780. Partis XX. Volumen primum 1781. Passim cet.

Pag. 2075. lin. 8. add. *Bataviae*, nunc itidem in Asia m. April. a. 1778. auspiciis *Iacob. Com. Matth.* RADERMACHERI Belgarum inter erudit. quosdam homines Societatem coaluisse, artibus scientiisque generatim, culturae autem coloniarum Orientalium, quae ad Belgium foederatum pertinent, speciatim, dicatam, fama publica nunciavit. Iam anno sequenti specimen primum conatuum suorum lingua Belgica *ibidem* edidere *in 8. mai.* idque *Lipsiae* a. 1782. eadem forma Germanice redditum, atque observationibus et additamentis auctum prodiit. Pars altera mox sequetur. Conf. *Hamb. Buchhändler Zeitung* a. 1781. P. VI. *p.* 85. Volumen hoc primum, quod geographica et physica continet, recensetur in IOH. BECKMANNI *physicalisch-oeconomische Bibliothek*, *Vol.* XI. *pag.* 519 - 529. Varii sunt socii laboris.

Constantinopoli tandem ante aliquot annos, auspiciis magni apud Turcas classium praefecti, HASSANI PASCHA, Academiam esse institutam, ubi Astronomia, Geographia, et ars navigandi cet. cum doceri tum tractari solet, ex Tabulis publicis intellexi. Vid. *Hamburg. Addreß - Comtoir - Nachrichten*, a. 1779. Part. XXIX.

Pag. 2084. lin. 10. leg. qua Servator natus est cet.

Ibid. lin. 17. leg. Sect. III. p. 34. edit. Leidens. a. 1660. *in 12.* pereleganter exhibitae, et iam cet.

Pag. 2090. lin. 26. *artificiſſime caelatae.*) Tum anno 1765. *Hagae - Comitum Tomis* II. *in 4.* prodiit Opus hoc, cuius Tomo priore princeps argumentum pertractatur, altero exhibentur documenta, et memorata specimina librorum Harlemi typis excusorum, aeri incisa, cum quibusdam aliis Auctoris Observationibus et COLTERI *dy* CARROL Notitia propagatae novae artis apud Anglos. Ampla operis huius recensio legitur *im Journal des Savans*, a. 1767. *m. Febr. pag.* 315 - 354. De *Belgica* epitome ac versione a. 1767. *Amstelod. in* 4. *mai.* a *Iacobo Visser* adornata vid. die *Leipz. gel. Zeitung.* a. 1768. p. 795. Interim non praetermittendum est, argumenta *Meermanniana* in *Parte secunda der Nachrichten von Künstlern und Kunstsachen*, admodum enervata esse, prouti affirmatur in *den Hallischen gel. Zeitungen*, Part. IV. anni 1769. pag. 669.

Postea anno 1766. mense Septembri vir olim amicissimus mihi scripsit ad me sequentia, quorum initium, laudes immeritas continens, mihi quidem non tribuo satis gnarus, quam sit curta mihi supellex. *Heri demum*, inquit, *recepi integram Bibliothecam litterariam* Struvio — Iuglerianam, *iamque unum alterumve caput avidiſſime devoravi*; *speciatim illud de Typographia, utpote materiae prae caeteris mihi cognitae. Et sane admiratus*

ratus fui, non modo insignem Tuam hac in parte diligentiam, sed et iudicium Tuum criticum sanissimum; ita ut vere dicere possim, ante nova subsidia, circa originem artis a me prolata non potuisse melius a Te scribi. At vero tot tantaque detecta a me sunt, iamque vulgata et documenta et argumenta, quae extra omnem dubitationis aleam ponunt, Laurentium, Iohannis filium, Harlemensem *professione, non nomine,* Coster *i. e. aedituum primum mortalium, invenisse artem, typis mobilibus, sed hisce ligneis imprimendi libros. Is vero cum famulum haberet,* Iohannem Gensfleischium, *seniorem, Moguntinum; hic arcana quaedam artis huius communicavit, sive agnato, sive fratri suo,* Iohanni Gensfleischio *iuniori, qui alias* Ioannes Guttenbergius *audit. Hic deinde* Guttenbergius *Argentorati degens ab anno* 1436. *cum sociis varia tentamina in hoc genere fecit, sed irrito successu. Postea a.* 1440. *mortuo* Laurentio, Gensfleischius *senior officinam primigeniam spoliavit, seseque Moguntiam contulit, et typis furto ablatis a.* 1442. *ibi impressit.* Alex. Galli Doctrinale et Petri Hispani tractatus logicos. *Ast cum videret defectum ligneorum typorum, non sese applicuit fundendis corporibus metallicis, quibus deinde insculperentur typi. Vt autem pecunia iuvaretur, cum* Ioh. Fausto *et* Ioh. Meidenbachio *societatem iniit, quibus circa annum* 1445. *comitem se dedit* Gensfleischius *iunior, seu* Iohannes Guttenbergius *relicta Argentina. Huic societati a.* 1450. *ruptae successit statim nova inter solos,* Ioh. Faustum et Guttenbergium, *et haud diu post invenit* Petrus Schoefferus *archetypos, queis signarentur matrices, ut ita ex his fundi possent corpora metallica, charactere suo insimul signata. Itaque* Laurentio *debentur typi mobiles, mere sculpti, utrique* Gensfleischio *sculpto-fusi,* Schoeffero *mere fusi, quales hodie sunt in usu. Harlemum itaque et Moguntia suas habent in inventione huius nobilissimae artis partes, Argentinae, praeter antiquissima tentamina, nihil debetur. Vt vero scias, quale peritiorum de mea hac sententia, labore im-*

menso adstructa, iudicium sit, adiungo his in schedula separata excerpta e litteris cl. MARIETTE, (*auctoris operis excellentissimi* de gemmis caelatis) et clariss. HVGONIS, *bibliothecae Guelpherbytanae praefecti. In hac quoque sententia post diligens examen acquievisse* clariss. WÜRDTWEINIVM, *litteratissimum Moguntinum et tacite ei subscripsisse* FOVRNIERIVM et SCHELHORNIVM, SCHOEPFLINVM *vero nihil quidquam repositurum, ex singulorum litteris probare possum. — — Interest sane lectorum, non decipi neotericorum relationibus, quas ego ex ipsis auctoribus primitivis ostendi aperte esse falsas. Alia quoque, sed ea minoris momenti, addi a me possent pluribus locis ad opus Vestrum. Otiosior quippe iam sum* cet. Has quidem additiones, quod aegre iampridem tuli, non transmisit mihi MEERMANNVS, *gravioribus sine dubio negotiis impeditus.* Ante plures annos doctissimus Lipsiensium typographus BREITKOPFIVS, meditatus est amplissimam, et caeteris longe adcuratiorem, artis typographicae historiam, quae auide a rei litterariae studiosis exspectatur. Scripta eius, quae huc spectant varii generis doctissima, infra memorabo.

Pag. 2103. lin. 28. Marchandi) mense Iunio a. 1756. mortui Schedis cet.

Pag. 2111. vid. finem §. VI.) Praeter hos laudatos viros, emisit quoque IOH. SCHILDERVS libellum plagulis duabus constantem, qui inscribitur: *Beweiß, daß Straßburg sich gewiß und allein wegen der Erfindung der Druckerey rühmen könne*, et prodiit *Argentorati* 1740. *in 8.*

Pag. 2131. lin. 23. Primum — — specimen.) Haec, si ad integrum respexeris librum, vera quidem sunt; alioquin praecedere videntur *litterae indulgentiarum*, typis fusis impressae anno 1454. membranae, forma, uti vulgo dicitur, patente, impressae, quarum SCHELHORNIVS meminit in *den*

Ergöz-

Ergözlichkeiten aus der Kirchenhistorie und Litteratur, *Vol.* II. *Part.* VI. *num.* 100. Fausti ex officina cet.

Pag. 2133. lin. 13. redacta.) Haec Biblia vix in Germania reperientur, si Goerlicium, Stuttgardiam ac Vinariam exceperis. Adscriptus cet.

Pag. 2137. lin. 6. desiisse.) et peste quidem Parisiis, mense Augusto ac Septembri anni huius, permulta hominum millia abripiente. Vid. *Lettre d' un Bibliothécaire de Geneue sur Iean Faust, Imprimeur de Mayence*, in Diario Belgico, *Bibliothéque raisonnée* inscripto, *Tom.* XXXV. *pag.* 141. *sequ.* Singularem cet.

Pag. 2138. repertus est) Caeterum antequam ad alia progrediar, addendi essent hic nonnulli scriptores de origine Typographiae potissimum tractantes. Huc spectant; praeter libros in superioribus citatos prae reliquis sequentes: WILHELM. ERNEST. TENZELII scriptum *von der Erfindung der löblichen Buchdrukkerkunst.* Gothae 1700. in 12. Anonymi *merkwürdiges Gespräch im Reiche der Todten zwischen den ersten Erfindern der Buchdruckerkunst, worinnen von dem Vrsprung, Fortgang und übrigen Schiksalen derselben gehandelt wird.* qui libellus occasione tertii Iubilaei typographici prodiit *Erfordiae* a. 1740. in 8. Quibus ex numero immenso scriptorum hoc argumentum tractantium addatur IOH. CHRISTOPH. KOECHERI Programma *de nonnullis artis typographicae memorabilibus. Osnabrugi* 1740. Prae caeteris hic memoranda sunt duo scripta Anglico idiomate scripta, quorum unum hoc titulo est inscriptum: *The origin of printing, in two essais* (1) *The substance of Dr.* MIDLETON's *dissertation on the origin of Printing in England*, (2) *Mr.* MEERMANN's *account of the first inuention of the art at Harleim, and its Progress to Menz: with occasional remarks, and appendix. The second edition. London* 1777. Prior editio prodiit iam anno 1774. Recensetur hic liber

in *Gentleman's Magazin*, a. 1777. pag. 33. Alterum eſt inſcriptum: *The Origin and Progreſſ of Writing, as well hieroglyphic ac elementary, illuſtrated by Engravings taken from Marbles, Manuſcripts, and Charters, ancient and modern*: alſo *ſome Account of the Origin and Progreſſ of Printing. By Thomas Aſtle*, Eſq. F. R. S. F. S. A. *and Kieper of the Records in the Tower of London.* Ibid. a. 1784. *in 4.* cuius recenſio uberior legitur in *Criticol Review* a. 1784. *May. pag.* 371. 376. Nec reticendum eſt, hiſtoriam de ortu et progreſſu Typographiae in elegans Compendium redactam fuiſſe a M. DENISIO, Bibliothecae Garellianae Vindobonenſis Praefecto, *Parte* I. *der Einleitung zur Büchcrkunde*, quae de Bibliographia agit, *ibid.* a. 1777. *in 4.* De *Breitkopſii* inſtituto, cuius iam ſupra mentionem feci, plura adferuntur in *Kieliſchen Litteratur-Journal* a. 1779. *Part.* IX. *pag.* 188. ſeq.

In cuius argumenti coronidem haud ingratum fore arbitramur Lectoribus, ſi de doctiſſimi BREITKOPFII, Typographi Lipſienſis et bibliopolae, conatibus circa artem atque hiſtoriam typographicam paullo integrius diſſeramus.

I) Edidit laudatus Auctor cum praefatione ſua: *Sonnet auf das von Ihro Königl. Hoheit, der Churprinceſſin von Sachſen, ſelbſtverſertigte, in Muſik geſezte und abgeſungene Paſtoral: Il Trionfo della Fedelta; womit zugleich eine neue Art, Noten zu drucken, bekannt gemacht wird.* Lipſ. a. 1755. fol. transverſ. Primum hoc notarum muſices nova arte typis exſcribendarum ſpecimen tanto applauſu publico fuit exceptum, ut adeo in Italia, Gallia, Hollandia et Anglia ſuos invenerit aemulatores. Prae caeteris vero ENSCHEDIVS Harlemi, et ROSARDVS Bruxellis, typorum fuſores, nec non FOVGHTIVS, natione Suecus, tunc temporis typographus Londinenſis, imitatis ſuis gloriati multos poſt inventum annos, auctores ſeſe

eſſe

esse inventi huius, in vulgus dispergere haud dubitarunt. Veritatis in tesseram praeter BREITKOPFIVM, qui in subscriptione istius Dramatis iam a 1755. ab eo impressi, novorum typorum inventum sibi vindicaverat, etiam FOVRNIERIVS iunior, typographus Parisiensis, (qui exinde novam quoque huius artis methodum excogitaverat, scilicet Breitkopfsianae novae methodi principia vetustiori iuncta exhibentem,) historiam novae artis ingenue prodidit in suo libro: *Manuel typographique*, Parisiis a. 1764. in 12. edito, Tomo I. in notis ad pag. 50 - 53. ubi etiam Enschediana pariter ac Rosardina arrogata refutantur. Ipse vero ENSCHEDIVS paullo ante obitum suum, paucas post controversias cum BREITKOPFIO habitas, in Diario Büschingiano, *geographische Nachrichten* etc. anni 1776. Scid. XLVIII. inventi partem sibi antea adscitam revocavit, ad praefationem libelli a. 1760. a se editi: *Harlemse Zangen*, provocans, ubi imitationem a se factam lubenter confessus est. Caeterum inventi novi aemulatores FOVRNIER, ENSCHEDE, ROSARD et FOVGHT, quum omnes vivis iam sint erepti, perspicuum est, non potuisse magis post fata sua amplificando huius artis progressui suas praebere manus. Germaniam potius intra et extra ortae aemulationes omnes partim evanuerunt, partim in statu suo relictae sunt imperfecto.

II) In lucem publicam emisit: *Ueber den Druck geographischer Charten, nebst einer beigefügten Probe einer durch Buchdruckerkunst gesezten und gedruckten Landcharte, von Ioh. Gottl. Iman. Breitkopff.* Lips. 1777. in 4. III. plagg. Huius scripti edendi V. PREVSCHEN, Diaconus apud Carolsruhenses, nec non HAASIVS Basiliensis typorum fusor Cel. Auctori ansam dedere. Modo laudatus PREVSCHENIVS cum HAASIO nimirum communicaverat typos inveniendi modum, quibus mappae geographicae ad instar librorum exscri-

bi possent. Quod inventum *typometriam* vocans divulgavit a. 1776. parvulo formae octavae scripto: *Essais sur la Typométrie, ou Moyen de dresser les Chartes géographiques à la façon des Imprimeurs, par Aug. Gottl. Preuschen. Carlesroue 1776.* In S. V. BÜSCHINGII *geographischen Nachrichten* annorum 1776. et 1777. huius etiam rei memoria exhibetur. Breitkopfius autem viginti quidem annos ante Preuschenium ea de re cogitans, cum videret, tabulas geographicas aeri incisas pulchritudine aequare neque carius his videri, inventum suum non amplius persecutus est, nec perfecit, nec in publicam lucem protraxit. Quum tamen in eo esset, ut specimen laboris Preuschenio-Haasiani ederetur, Breitkopffius inventi honorem sibi vindicavit eumque ut tueretur, agrum Lipsiensem typis suis descriptum, ut Haasius Basiliensem, divulgavit. Variis super hoc invento in S. V. Büschingii *geographischen Nachrichten* istius et sequentis anni agitatis controversiis, Auctor scriptum supra memoratum edidit et exposuit, quantum in imprimendis mappis geographicis inde ab inventa arte typographica vario tempore a variis tentatum sit, simulque Haasianam mappam recensuit. Caeterum BREITKOPFFIVS postea adhuc duo specimina edidit, nimirum a 1777. *Das Reich der Liebe* ex a. 1779. *Der Quell der Wünsche*, inscripta, utraque in forma 4ta unicuique explicatione unius plagulae adnexa. Haasius posthaec a. 1777. maiorem Siciliae tabulam, nec non a. 1784. duas chartulas Neckeriano opusculo: *Compte rendu* etc. adhaerentes composuit; ex quo tempore uterque Breitkopffius et Haasius rem haud amplius tetigit. Adversum Breitkopffianum scriptum: *Ueber den Druck geographischer Charten* a. 1778. apparuit: *Grundriß der typometrischen Geschichte, von Aug. Gottl. Preuschen.* Basil. ap. Io. Schweighaeuser, in 8. cui minor tabula Basiliensis territorii est adiuncta.

iuncta. Idem quoque scriptum Gallico idiomate prelo exiit.

III) Porro ab Auctore nostro editum est: *Nachricht von der Stempelschneiderei und Schriftgiesserei, zur Erläuterung der Enschedischen Schriftprobe, von I. G. I. B.* 1777. III. plagg. in 4. Cujus scripti occasionem praebuit Auctori typorum exemplum in officina Enschediana Harlemiensi fusorum, quorum in laude nimius est Enschedius nec arbitri periti suffragium referre facile poterit. Haec igitur typorum exempla a Breitkopffio, artifice peritissimo, ad leges artis examinantur et cum praestantioribus FOURNIERII et BOSKERVILLI inter se conferuntur. Additur epitome historica de *typoglyphia*, seu arte typorum sculptoria, ubi quoque praecipui eius artifices enumerantur ipsiusque artis brevis delineatio adstruitur. Opusculum hoc etiam in praeclaro Diario: *Bibliothek der schönen Wissenschaften*, Vol. XXI. part. I. pag. 72-95. insertum legimus.

IV.) *Ueber die Geschichte der Erfindung der Buchdruckerkunst, bei Gelegenheit einiger neueren darüber geäusserten besonderen Meinungen. Nebst der vorläufigen Anzeige des Inhalts seiner Geschichte der Erfindung der Burchdruckerkunst, von Ioh. Gottl. Iman. Breitkopff.* Lips. 1779. in 4. VII. plagg. Quas in hoc libro Auctor Cel. refellit, opiniones tres sunt sequentes. *a*) DOMINICI MANNI error, qui in *Lezione istorica della prima promulgazione de' Libri in Firenze*, 1761. in 4. aurifabrum Florentinum, BERNARDO CENNINI, typoglyphiae auctorem eodem, quo Moguntinos, tempore fuisse autumat. Illum autem seductum esse epigrapho cuiusdam libri a Cenninio a. 1471. Florentiae typis a se ipso sculptis atque fusis impressi demonstratur. *β*) Opinio IOSEPHI VERNAZZAE, in *Lezione supra la stampa*, Cagliari, 1778. ubi Vernazza Concilium Würceburgense pro antiquissimo

Impreſſo habet ipſique Fauſtiano Pſalterio a 1457. impreſſo anteponit, eo quod Concilium in hoc Volumine ultimo loco exhibitum ad annum 1453. referatur. Quae quidem argumentatio et per ſe vana eſt et cadit, cum veroſimillimum ſit, hoc opus intra annos 1481. et 1495. demum impreſſum eſſe. Ac quamvis Vernazza ad P. PACIAVDI, Bibliothecarii Ducis Parmenſis, in cuius bibliotheca opus extat, effatum recurrat, is tamen in Diario: *Eſprit des Iournaux* anni 1780. menſ. Mart. p. 225 - 235. a MERCIERIO defenditur ſeque ipſe ab huius erroris conſortio liberum declarat. γ) Singularis DE ROCHIS, Bruxellenſis, opinio Tomo I. des *Mémoires de l'Académie Impériale et Royale*, Bruxellis, a 1777. inſerta. Qui quidem DE ROCHIS in Chronico quodam Antwerpienſi metrico locum inveniens de Muſico quodam *Ludwig* cognominato annoque 1312. defuncto, praeſertim vero e verſiculis his: *Hy was d' eerſte di vant*, *Van Stampien die manieren*, *die man noch hört antieren* - evincere ſtuduit, hunc artem typographicam inveniſſe — e verſiculis, qui ſane nihil aliud quam alluſionem ſatyricam continent in muſicaſtrum quendam in cauponis Antwerpienſibus circumforaneum pedibusque miſerrimae modulationis ſuae modum dirigentem. Iam vero etſi haec opinio per ſe nullum habeat pretium in hiſtoria typographica, tamen Cel. de Rochis varia de primis quaſi artis rudimentis tetigit, atque hac ratione inter fontes hiſtoriae inventae typographiae locum ſibi vindicavit hac commentatione, qua lites concitavit in Gallia et Belgio, quibus obſervationes memorabiles in hac hiſtoria a CEL. MERCIER aliisque viris in re litteraria verſatis ſunt prolatae, ad alia quoque artis typographicae capita pertinentes. Quae omnia in Diario: *Eſprit des Iournaux*, 1779. Menſ. Iun. pag. 232-260. Novemb. p. 236-249. 1780. menſe Ianuar. p. 240-244.

244. Febr. p. 130-241. Apr. p. 221-246. Iul. et Oct. p. 215-223. 1781. Iul. p. 262-167. 1782. Mai. p. 287-325. inserta inveniuntur. Reliqua Breitkopffiani fcripti pars verfatur in delineando maiori opere de artis typographicae inventae hiftoria, cuius pars nuper lucem adfpexit fub titulo:

V) *Verfuch, den Urfprung der Spielcharten, die Einführung des Leinenpapiers, und den Anfang der Holzfchneidekunft in Europa zu erforfchen, von I. G. I. Breitkopff. Erfter Theil, welcher die Spielcharten und das Leinenpapier enthält. Mit 14. Kupfertafeln.* Lipf. 1784. in 4. Hoc Tomo Auctor difquifitionem inftituit de rebus nonnullis, quae viam quafi ad typographiam inveniendam monftrarunt. In prima eius fectione inquiritur in rationes ac media, quorum ope chartarum ludus ab una natione ad alteram fit progreffus tandemque etiam tranfierit in Germaniam; differitur porro de modo, quo quaelibet harum nationum proprios fibi ludos pedetentim excogitaverit confines quidem archetypo atque communem, ut videtur, a Schacchi ludo ducentes originem. Pari modo figurae et colores chartarum luforiarum formam militarem confervant et quatuor humanae vitae ftatus, nimirum eruditorum, militum, opificum et fervorum defcribunt. Deinde chartarum ludum fub initium feculi XIV. innotuiffe Germaniae ratione probabili efficitur, poftquam eum per Arabes in Hifpaniam atque Italiam ac inde ad vicinas Galliam et Germaniam translatum fuiffe, effeciffet. Secunda fectio verfatur circa argumenta, quibus chartae linteae antiquitas comprobatur. Ordine chronologico enarratur, chartam goffipinam ab Arabibus e Bucharia feculo VIII. in Afiam, Africam et Europam effe introductam, atque ante feculum IX. a Graecis in Germaniam adportatam; Hifpanos etiam ab initio praeter goffipinam chartam nullam aliam confeciffe,

Ita-

Italosque adhuc sub initium sec. XIV. nulla nisi gossipina fuisse usos, eorumque officinas, quas omnino iam ante Germanos habuerint, chartarias, faciendis solummodo *gossipinis* chartis inserviisse; Germanos demum circa annum 1390. Italorum architectorum studio similes machinas prope Norimbergam exstruxisse. Iam vero, cum in Archivis Germanicis *lintea* charta iam anno 1318. reperiatur, a vero haud esse absimile, iam eo tempore chartam linteam et quidem ope machinarum manualium factam esse in *Germania*, quas quidem manuales machinas easdem esse videri, quibus adhuc hodie in Hollandia utuntur chartarii, idque eo magis probari, quod officinae chartariae in Germania, Gallia et Italia adhuc parum differant ab antiqua ratione contundendi gossypii. His accedit narratio de methodo conficiendi chartas per Chinam et Indiam orientalem usitata atque de primis chartarum signis, praesertim bovino capite et aliis. Figurae aeri incisae ambarum commentationum illustrationi inserviunt. Tertiam vero opusculi sectionem de incisione in lignum, iam, cum haec scribimus, sub prelo esse audimus et a quovis arbitro harum artium perito avide exspectari.

Pag. 2140. ad finem §. XI.) Anno 1779. in Cel. STROBELII *Miscellaneen litterarischen Inhalts, Collectione* II. *Norimb.* edita *in 8. mai.* artic. III. c. c. am ENDE varia a me prolata adcuratiori studio examinavit, quae omnino perpendi merentur, auctorisque patientiam hoc in labore summam ob oculos ponunt.

Pag. 2142. lin. 29. Litterae crussae) dicuntur admodum cet.

Ibid. lin. 33. sq.) Sed nuper celeb. GEORG. WOLFGANG. PANZERVS in *der ausführlichen Beschreibung der ältesten Augsburgischen Ausgabe der Bibel, Norimb.* a. 1780. *in* 4. contra omnes testes hanc ipsam editionem penitus fictam esse pronunciavit. Certius

est,

eſt eiuſmodi Biblia ante annum 1473. excuſa fuiſſe a fiorente eodem tempore Gunthero Zeinero cet. Conf. tamen illuſtris ZAPFIVS in *den litterariſchen Reiſen*, *Epiſt.* III. *pag.* 38.

Pag. 2143. lin. 19. ſilentium eſt.) Interim tameu larga ſatis enumeratio librorum typis elegantiſſimis typographicis Velſerianis *ad inſigna pinus* ab anno 1594. uſque ad a. 1614. impreſſorum, exſtat in illuſtr. ZAPFII *Appendice* ſuis *Annalibus Typographiae Auguſtanae* ſubiuncta *pag.* 103-114.

Ibid. lin. 29. *reportarunt.*) Anno autem 1777. SCHELHORNIVS in *den Beyträgen zur Schwäbiſchen Kirchen- und gelehrten Geſchichte*, *Part.* IV. *pag.* 174-208. egregie hiſtoriam dedit typographiae Velſerianae, cum Catalogo librorum, qui exinde ab a. 1594. uſque ad a. 1614. prodierant.

Pag. 2144. lin. 6. exſpectantur.) Quum autem ſpes fefelliſſet poſtea, id laboris non ſine laude publica ſuſcepit vir illuſtris, GEORG. GVIL. ZAPFIVS, annoque 1778. Auguſtae Vindelicorum luci expoſuit *Annales Typographiae Auguſtanae ab anno* 1466. *uſque ad annum* 1530. *in* 4. Praemiſit cel. Auctor notisque litterariis illuſtravit FRANCISC. ANTON. VEITHI, bibliopolae eruditi, Diatriben *de origine et incrementis artis typographicae in urbe Auguſta Vindelica*, in qua multa lectu iucunda occurrunt. Copioſa ſupplementa Zapfiani operis dedit vir doctus in *litterariſchen Muſeo*, *Tom.* II. *Part.* III. *pag.* 245-296. Aliquid etiam ſpicilegii poſt meſſem reliquit Auctor CAROLO BENIAM. LENGNICHIO in *den Neuen Nachrichten zur Bücher- und Münzkunde*, *Parte* I. *Gedani* 1782. *pag.* 175-233. Conf. eiuſdem *Nachrichten zur Bücher- und Münzkunde*, *Gedani* 1780. *Part.* I. *pag.* 202-224. ubi vir doctiſſimus plura de hoc libro diſſeruit, cuius novam eamque locupletiorem editionem nuper pollicitus eſt laudatus ZAPFIVS. Alia de typographis Augusta-

gustanis lectu digna protulit PAVLVS *von* STETTEN in *der Kunst-Gewerb- und Handwerks-Geschichte der Reichsstadt Augsburg*, *ibid.* a. 1779. *in 8. mai.* In MEVSELII *histor. Litteratur anni* 1781. *Part.* X. p. 345. monetur, Zainerum praecessisse iam a. 1468. Baemlerum, quem demum anno circiter 1472. artem suam exercuisse docetur.

P. 2145. lin. 18. exempl.) Plura de hoc argumento sunt obvia in cel. PANZERI, supra laudati, *Geschichte der Nürnberger Ausgabe der Bibel*, *Norimb.* 1777. in 4. Notius — — prodiit. De alia editione *Koburgeriana* a. 1483. divulgata, copiosius agitur in *den Dresdnischen gelehrten Anzeigen anni* 1763. *Part.* 33. *pag.* 394-411.

Pag. 2148. lin. 18. in 4.) anno 1720.

Ibid. lin. 21. anno 1477.) (qua de re fusius dictum est ab ERHARD. CHR. BAVERO in *Primitiis typographicis Spirensibus*, *oder Nachrichten von der ersten Drackischen Buchdruckerey*, *Francof.* 1765. *in 8.* libellus, quem habet *Niclasius.* Celeb. BÜTTINGHAVSEN tamen *Part.* IV. *der Beyträge zur Pfälzischen Geschichte*, *artic.* 44. primum ibi librum a. 1471. excusum docet. §

Ibid. lin. 25. anno 1492. lege pro 1493.

Ibid. lin. 27. p. 556.) Exstat exemplar in pretiosa librorum rariorum collectione, quam Bibliotheca *Duviana* Hanoverae servat.

Pag. 2155. lin. 8. in 8.) pag. 53-112.

Sub saeculi XV. finem ad annum usque 1514. primum *Vindobonae Iohannem Winterburgerum* typographiam exercuisse, docuit Anonymus in Commentat. *de primis Vindobonae typographis Vindobonae* 1764. *in* 4. cuius libelli argumenta praecipua indicant die *Leipz. gel. Zeitungen*, a. 1764. *pag.* 509. Fata typographiae *Vindobonensis* ab a. 1482. ad a. 1560. *Vindobonae* a. 1782. *in* 4. *mai.* exposuit Germanice

Volu-

Volumine ſatis amplo DENISIVS. Eiuſdem eſt libellus paucarum plagularum *Bibliotheca typographica Vindobonenſis ab anno* 1482. *ad a.* 1560. *ibid.* eod. a. eademque forma, priori ſubiuncta Operi, at ſeparatim vendi quoque ſolita.

Pag. 2156. ad finem §. XII.) *Luſatiae ſuperioris* Annales typographicos germanice deſcripſit CHRISTIAN. KNAVTHIVS in peculiari ſcripto, cuius titulus eſt: *Geſchichte der Oberlauſizischen Buchdruckereyen, darinn von deren Art und Einrichtung, glüklichen und unglüklichen Schikſalen, ihren Druckerherrn, und denen-ausſelbigen ans Licht erſchienenen Schriften gehandelt wird. Lauban*, 1740. *in* 4.

Pag. 2164. ad finem §. XV.) Nunc praecipue addendum eſt P. FRANCISC. XAVER. LAIRII *Specimen hiſtoricum typographiae Romanae ſaeculi* XV. *Romae* 1778. *in* 8. *mai.* Conſtat hic liber duabus Partibus, quarum prior agit de typographiis apud Venetos, Bononienſes, Mediolanenſes, Sublacenſes, typographia Romam translata et typographis Romanis ſaeculo XV. clariſſimis, altera autem Indicem exhibet chronologicum et bibliographicum librorum ſaeculo XV. Romae impreſſorum. Ampla ſupplementa ad hunc librum ſuppeditavit CAROL. BENIAM. LENGNICHIVS in *den neuen Nachrichten zur Bücher- und Münzkunde, Part.* I. *Gedani* a. 1782. pag. 7-105. Nec praeteriri debet ſilentio clariſſima typographia Romana *congregationis de propaganda fide.* Praeſentem ſtatum eius et copioſum numerum librorum in eadem impreſſorum ſtudioſe enarravit vir doctus in peculiari Commentatione, quae in b. CHRIST. GVIL. FRANC. WALCHII *neueſter Religions-Geſchichte, Part.* II. *num.* IV. *pag.* 151-188. inſerta legitur.

Pag. 2169. lin. 28. Plura de *Nicol. Ienſon* et aliis typographis Venetis obſervavit LAIRIVS loco memorato pag. 34-48.

Pag.

Pag. 2173. lin. 9. Ratdoltum) (de quo typographo, non inter vulgares referendo, plura exponuntur in MARCHAND *Diction. historique*, *Tom.* II. *pag.* 156. *seqq.*

Pag. 2189. lin. 33. p. 320.) et qui praecipue legi meretur, DOMINICO MANNI in *Lezione istorica della prima promulgazione de' Libri in Firenze*, *Florent.* 1761. *in* 4. scripto binarum plagularum, de quo nonnulla memorat *Iournal des Savans*, a. 1762. *m. Iun. pag.* 124. *edit. Amstelod.*

Pag. 2191. De hebraicae typographiae *Ferrariensis* origine ac fatis elegantissima exstat IOH. BERNHARD. DEROFFII Commentatio historica *de typographia hebraea Ferrariensi Parmae* a. 1780. in 8. edita, deinde opera et studio cel. HVFFNAGELII recusa iterum *Erlangae* 1781. *in* 8. quae valde laudatur et uberius recensetur in S. V. DOEDERLINI *Bibliotheca theologica selecta. Tom.* I. *Part.* VI. *pag.* . In hoc ipso libro Auctor litteratissimus docet, *Rabbenu Ascher Mantuae* a. 1476. ab *Abrah. Conath*, et *Levi ben Gerson* Commentarium in Iobum, Ferrariae a. 1477. primum esse excusum. Vid. *Götting. Anzeigen*, *v. gel. Sachen*, a. 1781. *Part.* CX. *pag.* 880. et praecipue cel. IAGEMANNI *Magazin der Ital. Litteratur*, *Volum.* IV. *pag.* 324-328. ubi et additur, appendicis loco haberi posse libellum ad HIERON. BARVFFALDI, secund. *brevem historiam typographiae Ferrariensis.*

Pag. 2199. lin. 27. Conradum,) de quo vid. MARCHAND in *Dictionnaire historique*, *Tom.* I. *pag.* 78.

Ibid. lin. penult. leg. Typographia.

Ibid. lin. ult. leg. TVRNEBVM, cet.

Pag. 2203. lin. 9. *dorée.*) Vid. *Leipz. gel. Zeitung.* a. 1758. *Volum.* I. p. 190. sq. Reliqua verba: Nondum — — loco deleantur.

Ibid.

Ibid. lin. 16. illustravit.) Sed inspecto postea ipso libro non nisi ieiuna de viro hoc inveni. Patria fuit ei Reutlinga in Suevia cet.

Pag. 2204. lin. 15. leg. Gryphio.

Ibid. lin. 32. leg. LEVBSCHERVS.

Pag. 2205. lin. 8. ut Volumini) tertio pag. 297. cet.

Pag. 2207. dignissima.) Conf. *Mercure Suisse* a. 1734. *mens. August.* pag. 41. *seq.* ubi ISELINI eodem de argumento Epistola gallica *pag.* 62. *seq.* uberius illustrata legitur.

Pag. 2213. ad finem §. XXIII.) Nunc fore spes est, ut BECKIVS, Professor Basileensis, historiam suam artis typographicae hoc ipso loco excultae, absoluat, lucique exponat. Conf. ZAPFIVS *Epistola secunda seiner litterarischen Reisen*, *pag.* 25. Merito exspectari poterunt ibidem huius argumenti singularia, et ad hoc usque tempus incognita.

Pag. 2218. lin. 16. *edit. prior.*) De typographeis *Transsilvan.* studiose agit IOSEPH. BENKO in *Transsilv.* suae *Tomo* II. *Vindob.* 1778. forma octuplicata maiori excuso, *lib.* IV. *cap.* 19. *pag.* 322-329. observatque, IOH. HONTERVM a. 1533. primum typos ac typographos suam in patriam Coronam deduxisse, ibidemque suo erexisse sumtu officinam.

Pag. 2227. lin. 13.) *Rostock.*) et Lips. a. 1725. in 8. cet.

Pag. 2229. lin. 23. Consul,) librique, ipsius ex officina producti, tantopere oblectant oculos, ut iis, qui hodie apud Anglos Gallosque, partim etiam in

Germania elegantius excudi solent, non admodum debeant postponi. In cet.

Pag. 2234. lin. 14.) Recoluit quoque memoriam Constantin. typograph. praeter alios WOLFG. ADOLPH. SCHROENIGIVS in peculiari Programmate de eadem *Vinariae* 1731. 4. publicato.

Pag. 2236. lin. 10. perdidicisse.) Haec omnia repetita fuere in Diario Suecico, *Swenska Biblioteket* dicto, ex quo Germanice reddita nunc leguntur in dem *Hannoeverischen Magazin*, *Part.* XCI. *pag.* 1449. *anni* 1768. Addit postea CELSIVS: *Iam* cet.

Ibid. lin. 27. 752. sq.) Et renovatum utique a. 1780. esse, inque Suburbio Constantinopolitano, Galatha dicto, binas officinas typographicas initium cepisse, memoratur im *Hamburgischen politischen Journal*, a. 1781. *m. April. pag.* 368. Hac occasione cet.

P 2237. lin. 5. poterit.) Ea enim, quae IOH. CONR. ZELTNERVS hoc de argumento plures per annos conquisiverat, mors impediit. Vid. *Fasti Vniversitat. Altorfinae*, a. 1720. pag. 88. De cet. Plura de Typographiis Iudaeorum adduxerunt IOH. BERNHARD. DEROSSII in peculiari disquisitione *de hebraicae typographiae origine et primitiis*, Romae 1778. 4. recusa opera HVFFNAGELII *Erlangae* 1781. *in* 8. et KOECHERVS *Bibliothec. nov. hebraic. Part.* II. pag. 169-170.

De typographia hebraica *Ferrariensi* iam supra ad pag. 2191. quaedam sunt adlata. Annales Typogra-

pographiae *Sabionetensis* DEROSSII laudatus edidit primum Italico sermone *Parmae* 1780. in 4. quod opusculum doctissime recensuit S. V. DOEDERLINVS in *Bibliotheca theolog. selecta Tom.* II. *Part.* I. *pag.* 61. *seqq.* versionem latinam eiusdem debemus IOH. FRID. ROOS, quae *Erlangae* 1783. *in* 8. prodiit.

Pag. 2251. lin. 27. excultum vocat.) Nec silentio praeterire fas est *Christoph. Corvinum*, Tigurinum, qui Francofurti ad Moenum, ac postea *Herbornae* artem typographicam praeclare tractavit. Strenue ipsum in Academiis cum Heidelbergensi, tum Wittenbergensi ac Viennensi litteris operam dedisse, adserit IVSTVS REIFENBERGIVS *Orationum pag.* 406. in laudatione huius hominis funebri, carmine heroico expressa. Ante cet.

Pag. 2271. lin. 22. *expendunt.*) Paucos ante dies praelectum est mihi Angli cuiusdam Schediasma, *de usu et abusu artis typographicae*, quod Germanice redditum exstat im *Hannöverischen Magazin*, a. 1785. *Scid.* V. et VI. *mensis Januarii.*

Ibid. lin. 24.) *Jenae*) Addi omnino meretur officina typographica *Nisiana*, quae olim nitore typorum valde probata fuit; deinde *Ritteriana*, caet.

Nachricht an den Buchbinder.

Die Seiten 139. 140. 169. 170. werden am gehörigen Orte, statt der durchgeschnittenen Blätter eingeheftet.

